



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

DISPUTATIO INAUGURALIS IURIDICA,<sup>24.</sup>  
**IURE CIVILI,**  
**IUS NATURAE DETERMINANTE**  
**CIRCA PERSONAS,**

QVAM  
DEO AUSPICE,  
EX DECRETO & AUTORIT. MAGNIFICI J<sup>C</sup>torum ORDINIS  
IN ILLUSTRI AD VARNUM ATHENALO

PRAESIDE  
VRO PRAENOBIILLISSIMO, CONSULTIS-  
SIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO,

**DN. IOH. IOACHIMO**  
**SCHOEPFFERO,**  
ICTO ET ANTECESS. CELEBERRIMO COMITE  
PALAT. CAESAREO, CONSISTORII DUCALIS CON-  
SILIARIO ET CANCELLARIAE MECKLENBUR-  
GENSIS VICE-DIRECTORE GRAVISSIMO,  
FCtis IURIDICAE PRO-DECANO

SPECTABILI,

**PRO LICENTIA.**

Summos, in utroque iure, honores & privilegia capessendi  
D. XII. NOV. 1709. HORIS ANTE- & POMERIDIANIS

publice defendet

**IOH. BARTHOLDUS WEISE,**  
HANNOVERANUS.

ROSTOCHII,

Typis Joh. WEPPLINGI, SEREN, PRINC. & ACAD. TYPOGR,

Incolae Rostochiensium Republicam

# SENATUI

AMPLISSIMO;

Illustris huius Academicae.

COMPATRONO MUNIFICENTISSIMO,  
VIRIS

Magnificis, Praenobilissimis, Amplissimis, Consultissimis,  
Prudentissimis Spectatissimisq;

DN. DN.

CONSULIBUS SPLENDIDISSIMIS,  
SYNDICO VIGILANTISSIMO,

Caeterisq;vo

PATRIBUS CONSCRIPTIS  
DIGNISSIMIS,

DNIS. PATRONIS atq;ve FAUTORIBUS  
omni honoris cultu prosequendis,

*Offert, dicit & consecrat*

*Hancce Inauguralem*

in tesseram obseruantiae animique addictissimi, se duaque  
studia simul commendans

HONORATISSIMORUM NOMINUM

*Cultar Obsequiobusque  
AUTOR.*



## PRAEFATIO.

Iraris forsan, B. L. qui ego ad has cogitationes  
 pervenerim. Dici solet : Nihil est dictum, quod  
 non dictum sit prius ; ita cum in Mynsingeri Apo-  
 telesmate ad pr. Imp. de Jur. Noe. Gene. & Cis. le-  
 gerem, Jus Ciuale nibil aliud esse quam de-  
 terminationem Juris naturalis, statim occupabar, hasce  
 determinationes paulo specialius inquirere distinctosque con-  
 ceptus inde eruere. Meditando itaque manumque operi ad-  
 mouendo, Jus Naturae & Ciuale inuicem conferebam. Sed  
 quantane erat rerum copia ? Hinc eorum Iurium materiae  
 aut speciali Tractatu erant absolvenda, aut subinde Disputatio-  
 nibus Academicis per tractandae. Ultimum arripui, eo quod  
 mecum constituerim, honores Academicos, fauente Divina  
 gratia, capessere. Atqui cum personae primura locum in omni  
 jure occupant, non potui non destinare hanc Juris partem  
 Disputationi meae Inaugurali, hasque primicias, utut leviden-  
 ses, Publico dicare. Si quis forte obiiciat: Sic videris mihi  
 jus Civile transfundere in formam Juris naturalis, quin po-  
 tius ea confundere. Resp. nonne Jus Diuinum, quod tam  
 naturale quam revelatum in se continet, fons & riulus est, unde  
 Jus humanum, scil. Civile derivatur atque promanat ? Sane quae  
 ex Jure Naturae in Statum Ciuale transmutantur, ac quae  
 pro indole & salute cuiuslibet Reip. determinando ius passim  
 superadduntur, ea Jus Ciuale constituant atque uocantur. Et  
 hoc est, quod hic inuestigo. Qui ergo nexus Ciuali non te-  
 nentur, veluti Summi Imperantes, non patientur lites su-  
 as de-



## CAP. I. DE IURE

as decidi ex determinationibus Juris Civilis a se dependentibus sed, quamdiu pax servari potest, mero Juri Naturae ejusq; determinationibus inter se receptis l. usitatis h. e. Juri Gentium subiicient. Mens igitur mea in ipsa Disputatione uberiorius apparebit, omni interim praecipuio, quantum possibile, ex libertate Academica renuncians, neque tamen ulli praedicantis. Practica magis occurrit, cum, volente Deo, ad Actus peruenero. Caeterum quia ad omnes actus omniaque consilia auxilio Dei per se amandi indigemus, adeoque sub ejus fauore progrediendum, monente Imperatore in L. 2. pr. Cod. de Off. Praef. Praet. Afr. & Nou. 6. pr. hinc & ego in praesenti praemissa Numinis Diuini inuocatione progredior ad Jus Civile quatenus Jus Naturae circa personas determinat.

## CAP. I. DE JURE IN GENERE

S. 1



Curus de Jure Civili, Jus Naturae determinante circa personas, non necessarium duco diu inquirere, quid sit determinare. Nimirum idem denotat, quod designare vel circumscribere aliquid terminis & limitibus; Siel oder Gränze setzen. Cum ergo dicitur: *Jus Civile determinat Jus Naturae*; quid est aliud, quam *Jus Civile constituit Juri Naturae certos limites?*

S. 2. Vox *Juris* neminem latet. Sumitur hic pro lege aut potius pro complexu legum; & sic Jus est voluntas Superioris obligans inferiores ad aliquid faciendum vel omitendum. Hujus principium tam etiandi quam fiendi est Legislator. Hartung. Metaphys. Jurid. c. s. S. 5. ejusque preceptum universale; Superiori pare.

S. 3

## IN GENERE

§. 3. Ille superior ut uel **DEUS** est uel hominis nascitur  
inde **Ius Diuinum & Humanum**, & ex illo rursus Naturale seu connatum & Positivum seu reuelatum, ex hoc **Genitium** (uti uolunt) & **Civile**.

§. 4. Iuris Naturalis definitionem Ulpian. in L. 1.  
§. 3. ff. de I. & I. quis ignorat, nequit quatu proprii capi, sed  
tantum de affectibus & inclinationibus naturalibus, quae cum  
quibusuis animantibus enascuntur & a Philosophis ~~enyzas~~ Quoz  
zus appellantur?

§. 5. Quemadmodum enim in brutis nulla ratio, ita  
& nullum **Ius**. Unde *Lawr. Valla* l. 4. *Eleg.* occasionem repre-  
hendendi ICtos arripuit, qui tamen ex Mysinger. ad §. 1. *Inst.*  
de I. N. G. & C. ita excusari posunt, populariter rem explicas-  
se, forsan ut inferuissent teneris Tyronum ingeniis.

§. 6. Proprie uero, & si mihi, ut alius definire licebit,  
**Ius Naturae** reuera nihil aliud est, quam uoluntas **Divina**,  
rationi hominum connata, obligans quemvis ad officia erga  
Deum, semetipsum & proximos.

§. 7. Sed uideris mihi dubius, quid hic significem uoce  
**Naturae**? Resp. non innuo *substantiam* rerum physicam, quo si-  
gnificatu naturam rerum appellamus, quicquid ulla ratione  
exsistit; nec *modum* uel proprium aliquod, quo sensu homini  
competit ridere, equo hinnire, cuculo cucullare, &c. sed sit ea  
uoce relatio ad *rationem* hominis, qualis idea efficit, ut saepius  
dicamus: naturae consentaneum est, et ist Bernunfftmagig. uid.  
L. Cor. II. v. 14.

§. 8. Namque Iuris Nat. *principium cognoscendi* (perim-  
de ut totius Philosophiae) est *recta ratio*, die gesunde Bern-  
unfft/ quae licet in homine matura aetate & sana mente praedi-  
to multis subinde magnisque infirmitatibus laboret: prout  
tamen errorum, humana industria euitabilium, immunis repe-  
ritur, omnino *recta* dici potest. Conf. Azorius L. 6. *Inst. moral. c.*  
1. tom. I. & *Dn. Buddeus* in *Philos. Prat.* p. 1. c. 1. §. 22.

§. 9. Cum itaque **Ius Naturae** non nisi per dictamen  
*rectae rationis* promulgetur, *Dn. Iac. & Ryssel. de I. N. G. L. 1. c. 3.*  
§. 5. miror eos, qui pro **Iuris Nat. principio cognoscendi agno-**  
scunt

scunt statum integratatis, uti vult Alberti in Comp. Iur. Nas  
orthod. Theol. conform. p. 1. c. 1. §. 30. Socialitatem ex mente  
Pufendorfii de I. N. & G.L. 2. c. 3. §. 15. imo bellum omni-  
um contra omnes, quemadmodum vendicavit Hobbesius  
in Elem. Phil. de Cive c. 11. §. 2.

§. 10. Verum primum est inequidens, nec cognoscibile  
nisi ex Iure reuelato Scripturae sacrae, quod a Iure connato  
specifice distinctum est, adeoque huc non pertinens.

§. 11. Secundum est inadaequatum. Ut enim tria sunt  
objeta, circa quae hominis actiones sunt & esse debent occu-  
patae, nempe Deus, ipse homo & alii homines; Ita concernit  
illud saltem tertium, scil. officia erga proximos, ubi quidem  
socialitas in suo genere principium est, non autem adaequatum  
I. totum exhaustiens. Conf. Dm. Budd. c. l. p. 2. c. 4. sect. 1. §. 21. seq.

§. 12. Tertium est plane corruptum, ideoq; promeritis tot  
refutantium telis iam pridem confossum; cuin non spectan-  
dum quid Romae fiat, sed, quid fieri debeat. vid. L. 13. Cod.  
de sent. & interloc.

§. 13. Non igitur ex Statu corrupto, societatem huma-  
nam destruente, licet cognoscere aut iudicare Ius Diuinum  
nobiscum natum, nec ex utentium qualitate, sed ex se aesti-  
mandum est, H. Grot. L. 1. c. 1. §. 13. perinde ut egregia medi-  
cina non ex aegroti reprobatione, sed ex intima bonitate diu-  
dicanda; & sic non ex facto ius, sed ex iure factum erit ex-  
aminandum.

§. 14. Placet equidem Ill. Dn. Cocceio in Tr. Iur. Geno.  
p. 1. qu. 2. §. 6. & 7. Voluntatem DEI seu cognoscendi  
principium Iuris Naturae describere. Ast (quod tamen pace  
tanti Viri dixerim) non mihi principium cognoscendi, sed potius  
fandi & effandi videtur: Conf. Hartung. Metaphys. c 5. §. 5. quip-  
pe non nego, Ius Naturae a voluntate Dei, tanquam supremi  
Legislatoris, originem suam trahere & adhuc dependere.

§. 15. Idem fere dicendum de Lege Dei aeterna.  
a Dom. Soto L. 1. de I. & I. qu. 3. art. 3 & qu. 4. art. 1.  
pro principio cognoscendi tradita; it. de sanctitate & iusti-  
tia Dei profundamento Iuris Nat. celebrato a. Dn. Laeger. in  
Tr. de Lege Natura qu. 6. n. 9. p. 131. § 16

## IN GENERE

5

§. 16. Sed quid sibi uult fundementum illud Iuris Naturae a Dn. Kestnero Trode Iur. Nat. & G. c. 1. §. 6. in prohibitione Creatoris positum? Certe nihil aliud inde sequitur, quam quod Deus nihil praecepit, sed tantum prohibeat. Est ergo itidem inadæquatum nec satis euident.

§. 17. Fluit porro ex supradictis, Jus Naturae esse immutabile §. 11. Inst. de I. N. G. & C. Conf. Zenigrav. de Orig. Ver. & immut. rect. Iur. Nat. pag. 335. in tantum, ut nemo sanæ mentis dicturus sit, ei quacunque consuetudine (quae tunc uerius corruptela dicenda) posse derogari c. fin. X de Confus.

§. 18. Nonne autem, regeri potest, Iuris Nat. mutatio est, si v. g. filio permittatur patrem occidere, qui ad delendam patriam venerit, per L. Minime 35. ff. de religios. & sumendum tamen nihilominus Pater maneat?

§. 19. Resp. cum Excell. Dn. Praefide in Synopsi Iur. sit. de I. & I. b. 29. Quoties duo praecepta Iuris Naturae concurrunt, quorum utrumq; in hypothesi seruari nequit, toties minus forte cedit fortiori. Nam quid fortius est, conseruare unicum priuatum cum interitu totius Reipublicae? an vero libere rare Rempubl. licet pereat Patriae proditor, etiam Pater? quod olim duos nobiles de Falckenstein fecisse ait Zas. ad c. L. Minime n. 12.

§. 20. Non ergo mutatur ipsum Ius Nat. sed tantum applicatio suadente hac vel illa circumstantia aut obiecto aliquo externo.

§. 21. Insuper probe distinguendum puto intr Ius Naturae, qua praecepit vel prohibet, & Ius Naturae, qua permittit. Illud, (quod alii positum, alii praeceptum appellant) extra omnem dubitationis aleam immutabile manet, v. g. Deum colere, se ipsum conservare, socialiter vivere; & per consequens pacta servare, neminem laedere &c. vid. §. fin. Inst. de legit. agn. eut.

§. 22. Hoc vero (quod a nonnullis *negativum*, rectius ab aliis *permissivum* dicitur) pro indeole cuiusque Reip. periodae, temporis &c. variis Imperantium mutationibus obnoxium esse potest.

§. 23. Spectant huc proprie res, ut vocant, indifferentes, v. g. matrimonium inire, gladio cingi, testamentum condere, contrahere, filium adoptare &c. quae tamen in hypothesi fieri posunt praeceptivae, adeoque necessariae,

§. 24. Quare non mirum, si Ius hoc permisivum Naturae per Iura Civilia varie determinetur, & v. g. matrimonium, gladius aut testamentum certis personis, certo loco aut ad certum tempus interdicatur, filiiam mutuum contrahere, mulieres fideiubere aut adoptare non possint &c. de quibus suo loco.

§. 25. Interim tamen plane ab eo recedere velle, perinde tyrannis & carnificina esset, ac si Ius Naturae praeceptivum, siue negative sive affirmative tale, penitus subverteretur ac mutaretur vid. *Myseng. ad §. 1. Inf. de I. & I.*

§. 26. Iuris Divini positivi explicationem atq; divisiones relinqvimus Dnis Theologis & convertimus nos pro instituti ratione ad Ius Humanum, quod vulgo dividitur in Universale I. Gentium & particulare I. Civile.

§. 27. Evidem accurate loquendo Ius Gentium & Naturale specie non differunt, quippe utriusq; idem est cognoscendi principium *Dn. Hopp. Exam. ad §. 1. & 2. Inf. de I.N.G. & Co.*

§. 28. Sed quid vetat, quo minus hanc inveteratam quasi iuris speciem, Iuri tamen Nat. subordinatam, docendi gratia retineainus? Quicquid enim Iuris est inter singulos homines, id etiam Iuris esse debet inter integras Gentes, quae plerunque inter se determinant Ius Naturae, ita ut instar coniunctio, quae vim Legis habet, valeat.

§. 29. Eius vero abusum venuste perstringit *Dn. Tiusius in præfate der gründlichen Einleitung zum Jure Naturae & Gentium his verbis: Das Völker-Recht ist oft ein Deck-Mantel der Ungerechtigkeit und Eitelkeit. In der ersten Absicht könnte man auch Faust und Kolben-Recht/ in der andern aber nach Hamburgischer Mund-Art der Völker-Völk's Beutel nennen.*

§. 30. Ius tandem Civile est, quod quilibet Superior in Republica sua ad utilitatem publicam constituit. §. 1. Inf.

*Inst. de I. N. G. & C. & L. 9. ff. 1. & 1.* Superiore autem hic voco non tantum Monarcham, sed etiam Regimen Aristocraticum & Directorium Democraticum; & (vid. §. 12. *infra Cap. VI*) siquidem tot Iura Civilia sunt, quae Republicae liberae aut privilegiatae vel exēmiae.

§. 31. Enim vero, si sua sponte homines facerent, quod illorum saluti conduceret, divinoque obtemperarent ius sui, tam cordibus nostris inscripto quam promulgato, nullis opus esset legibus humanis.

§. 32. Sed cum subinde pravis suis propensionibus abepti in ea saepius feruntur, quibus & sibi & aliis nocent: ipsa eorum natura, prout hodie est, utique leges regulasque postulat, quo earum metu humana coērceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia. *Conf. I. Petr. 2. v. 13. & 14. Nov. Leon. 83. c. 1. dist. 4. Dn. Buddens Phil. Pr. p. 2. c. 3. sect. 2. §. 1.*

§. 33. Intelligo igitur hic loci sub nomine Iuris Civilis cum primis Romanum (vid. §. 2. *Inst. de I. N. G. & C.*) per totam fere Europam, & sic in nostro Imperio Romano-Germanico in subsidium receptum, *Cont. Duck. Tr. de usu & autor. Iur. Civ. L. 1. c. 2. Maestert. de Inst. Leg. Rom. & Canonicum*, quatenus apud Protestantes retentum, vid. *Illi. Dn. Stryk. Discurs. praelim. ad U. Mod. ff. §. 15.* nec non mores hodiernos rationabiles aliasq; Statuum nostrorum Constitutiones, cum earum interpretationibus (Ctorum legalibus)

§. 34. His praesuppositis animadvertisimus iam, *Ius Civile* revera confirmare & exequi Ius Divinum naturale per determinationes passim superadditas, qua ratione dici potest: *Ubi definit Ius Naturae, ibi incipit Ius Civile.*

§. 35. Atqui cum Ius illud Civile, Iuris Nat. subyeniendo plurimis negotiis certam formam praescribere, in actionibus a Lege Nat. non exacte definitis tempus, locum & personas assignare, ac in transgressores legum vel earundem negligentes certas poenas aut alia incommoda statuere soleat: non possumus primo investigare Ius Naturae, quid nimirum ratio circa personas dicitur; deinde, comperta hoc modo Iuris nostri Cis

uulis convenientia, ulterius progrediendo sanctas determinatio-  
nes, si quae sunt, breviter & tamen perspicue demonstrare.

§. 36. Antequam vero me ipsi tractationi accingam,  
offert se finis iuris tam internus, quam externus, scilicet iu-  
risprudentia & iustitia.

§. 37. Iurisprudentia, est vel naturalis vel civilis  
illa docet actiones hominum ad Legem Nat. componere s  
haec vero praeter congruam ad casu applicationem occupata  
etiam est circa Legum interpretationem.

§. 38. Huc spectat aeqvitas, quam Aristoteles refe-  
rente Dion. Gothofr. ad L. 12. ff. Qui & ex qib. caus.  
manum. vocat ἡλευθερίαν τοῦ νομού, quasi supple-  
mentum eius, quod lex Civilis praetermisit. Qui ergo multa  
dicunt de stricto iure, nihil aliud indicant, quam quod o-  
mnes causae circumstantias nondum sciant vel nondum exactius  
pensaverint, adeoque aequitas, ceu supplementum, adhuc  
deficiat.

§. 39. Hic saltem noramus, interpretationem qui-  
dem locum habere in Iurisprudentia Naturali, quoties signa-  
aut verba, quibus alter ad mentem suam declarandam usus est,  
accurate sunt explicanda, ut videre est in testamentis & con-  
tractibus; interpretationem vero Legum naturalium secundum  
aequitatem neutram obtinere, quia argueret id vel ignoran-  
tiam vel negligentiam quandam in ipso Legum autore Dn. Budd.  
d l. p. 2. c. 4. seqq. 1. §. 10.

§. 40. Secus ergo est in Iurisprudentia Civili, siquidem  
prout ipsi Iustiniano in Const. Dedit nobis §. 16. de Confirm. ff.  
& Nov. 74. pr. agnatum, non solum quaedam praetermissa  
sunt, sed etiam imbecillitas humana omnino nam saepius inter-  
praetationem, imo mutationem & correctionem eorum, quae  
sancta sunt, postulant add. c. pen. X. de consangu. & affin.

§. 41. Hinc dilucide apparet, quid Romani olim  
intenderint constituendo Praetorem indeque veniens Ius  
honorarium. Animadverrebant enim, multas superelle Le-  
ges Naturae, Legi XII. Tabb. non insertas, variosque dari cas-  
sus Legum laqueis (ut Justinianus loquitur in Const. Tercia §. 17.  
de Con-

## IN GENERE

*de Confess. ff.). nondum innodatos, adeoque determinationibus Iuris positivi L. praeceptivi nondum munitos. Quod cum subseqventes Imperatores agnoverint, receperunt Jus iudiciorum atque confirmarunt §. 7. Inst. de I. A. G & C. usi actiones & praecriptiones Praetoriae satis superque indicant.*

§. 42. *Iustitia proprie est convenientia actionum cum voluntate Legislatoris. Definitionem Ulpian. vid. in L. 10. ff. del. & I. Mis. eius divisionibus & subdivisionibus ubiq; obviis, merito observamus, ex convenientia actionum tam perpetrandarum quam perpetratarum cum Lege, prouenire conscientiam, & quidem bonam; malam vero ex earum convenientia. De qua vid. Diff. Ill. Dn. Stryk. de Conscientiae Foro.*

§. 43. *Iam queritur, num etiam Leges Civiles obligent in conscientia? Videtur quod non, dum Iustitia particularis vulgo dicitur tantum inesse Ciui bono, sicut vicissim universalis Viro bono, h. e. emendato.*

§. 44. *Sed magis arridet eorum sententia, qui asserunt: quod Leges Civiles obligent etiam in conscientia, licet non directe, tamen indirecte L. per consequentiam 1. Petr. 2. v. 13. Dne Mencken. in Addit. ad Struv. Iurispr. L. 1. tit. 2. §. 5.*

§. 45. *Nam quis negabit, Leges Civiles, quatenus ex Iure Naturae desumptae, obligare hominem, etiam citra praeceptum humanum? Hoc prae-supposito sequitur, etiam determinationes Iuris Civilis (de quibus in capitibus sequentibus) hominem qua Civem obligare iuxta regulam: superiori pare. vid. supra §. 2. id quod ad conscientiam omnino se refert.*

§. 46. *Et licet istae Leges Civiles, quatenus disponunt ac limites Iuri Nat. quasi scribunt, hominem iniustum saepius reddere possint securum in foro soli, v. g. in praecriptionibus & ubi probatio deficit; sit tamen illud tantum per accidentem, nec eiusmodi malignus statim absolvitur in foro poli L. conscientia.*

§. 47. *Unde non absolum erit, ulterius querere, an ignorantia Iuris possit excusare? Resp. aut queritur de Iure Naturali aut de Iure Civili. Si illud, res videtur quidem dubia, cum saepius ne dicam hic vel ille, sed integræ societates,*

collegia, immo Gentes huius Iuris praeceptorum nonnullorum incurii sint & ignari.

s. 48 Verum ut a negatione observatorum male proceditur ad negationem scientiae: ita peccatum contra illud admisum neminem ab obligatione eximet. Flagitia enim non testantur rationem rectam, sed corruptam & minus excusatam adeoque eiusmodi personae, sive sint simplices, sive mysticae, Diaboli altutis potius sunt mancipatae. *D. Simon. in Not. ad Guil. Grot. Enchirid. c. 3 §. 7.*

s. 49 Posteriori hinc dijudicari potest. Licet enim obstat vi deat r. L. 7 & 8. f. d. I & F. I. ac v. g. militi, L. i. Cod. cod. minori, mulieri & rustico L. 9. ff. cod. ignorantia Iuris permittatur, distinguendum tam in arbitror: inter Ius ex ipso Iure Diuino, cum Naturali tum positivo, programans, & nostris Iuris ciuilis determinationes.

s. 50 Illud nemini debet esse ignotum, nisi mente carentibus, adeoque illius ignorantia delinqventes vel negligentes non excusabit, licet determinatam loci poenam nesciverint. *L. Venia 2. Cod. de in Ius voc. & L. 11. §. 4. ff. de his qui nos. infam. Add. L. 244 ff. de V. S. Vid tamen. Carpzov. P. 4. c. 19. def. 19. n. 5. & 6. Hae vero ( scil. determinationes) certo respectu possunt ignorari ab iis, quibus apices Iuris non aeque perspecti sunt. Conf. L. 25. §. 1. ff. de probat.*

s. 51 Qvis enim praetenderet a personis supra nominatis exactam istiusmodi Iuris determinati scientiam, cum vel aetas nondum sufficiat, vel occasio desit, vel aliud quodcumque impedimentum saepius obsteret modo non quis negligat meae favorabilitia, quibus alias etiam tacite ( si caetera sint paria) renunciari potest, quemadmodum videmus eo in calu, ubi Quarta Falcidia ex ignorantia Iuris non deducti, postea non potest reperi L. 9. §. 5. ff. de Iur. & fact. ignor.

s. 52 Interim tamen turpe sit Patrio & Nobili & causas oranti Ius, in quo versatur ignorare L. 2. §. 43. ff. de Orig. Iur. quin erubescamus sine Lege loqui *Nos. 18. c. 5.* hinc glossae nihil alleganti non credendum autumat *Baldus ad L. 11. 10 publica 4. Cod.* *Quid. ex caus. maj. in integr.*

s. 53 Videamus itaq; hac vice, in quaestum Ius nostrum Ciuale determinet Ius Naturae circa personas. CAP. II

# CAP. II.

## DE STATU NATURALI

§. 1.



Uris obiectum totale sunt negotia humana, partialia Personae & Res. Diss. Dn. Stryk. ad §. fin. Inst. de I. N. G. & C. Unde descendit Ius personarum & Ius rerum, horumque effectus sunt Actiones.

§. 2. *Ius personarum* consistit in *Statu*, de quo specie-  
lem habemus titulum in §. & hic tractabitur; *Ius rerum* in  
Dominio latius sic dicto & *obligatione*, h. e. in *Iure in re*  
& *Jure ad rem*, de quibus B. C. D. alio tempore.

§. 3. Operae pretium non duco, diu commorari circa  
crisis vocum Status & personae. Breviter: Status est condi-  
tio attributa vel ab ipsa natura vel a Jure. Struv. *Iurispr. L. I. cit.*  
q. apb. 1. & persona est id, quod quilibet scit; scilicet homo  
in societate uiuens.

§. 4. Iste ergo Status duplex est: *naturalis* & *aduenti-  
tius*. Status *naturalis* duplice modo sumitur: *vel physice*, quaten-  
us, ut hic, natura hominis diversa consideratur, *vel moraliter*,  
quatenus opponitur Statui *Civili*, quo senti Imperantes uiuere  
dicuntur in *Statu Naturali*, parentes vero s. subditi in *Statu Civili*,  
de quibus infra cap. ult.

§. 5. Ad *Statum naturalem* prioris significacionis per-  
tinet *Sexus, aetas & temperamento*. De *Sexu* observant per-  
multū, naturaliter nullam *unus praे altero esse* *praerogativam*,  
nisi quod foeminae ob corporis conditionem non ad quosvis  
labores & negotia idoneae esse videantur; quod autem ra-  
tione *assimilari* inter *mares & foeminas* discriminem intercedere vi-  
deatur, hoc ab educatione maximam partem prouenire. Vida  
Dn. Budd. in *Philosoph. Pr. p. 1. c. 2. sect. 3. q. 16.*

§. 6. Ast huic ego (pace tamen illius *Sexus*) suffragari  
nequeo. Nam cur omnium tere Gentium *Viri* *praerogativam*  
sibi in rebus tam publicis quam plerisque priuatis vindicarent,

si non uiversalē ferme mulierum imbecillitatem aut impedimentum, etiam quoad animum, obseruant? Universalis enim effectus praelupponit universalē causam.

§. 7. Evidēt nō nego, multas foeminas superare mulatos viros etiam quoad animae facultates: horum tamen numerus illis semper praepollebit, prout ipsa nos edocet experientia. Hinc natūm proverbiū: Eine Frau ohne Mann / ist wie ein Leib und kein Kopff dran.

§. 8. Taceo inevitabilem confusionem, si faeminae ad procreandam & educandam sobolem potissimum natae, quibus suis negotiis praeferrī vel saltem aequaliter adhiberi praestenderent.

§. 9. Quapropter & ex determinatione Iuris nostri Civilis multa in earum favorem introducta sunt, multaque salutis publicae eau'a constituta, partim ne sibi ipsis noceant, vid. L. 4. Cod. de sponsal. partium ne earum occasione alius praeiudicetur. Conf. L. 9. ff. de Stat. hom.

§. 10. Ad prius quod attinet, quis earum (suspirat Imp. Justinianus in L. Affidatis 12. §. 1. Cod. Qui pos. in pign.) non mileatur propter obsequia, quae maritis praestant, propter partus periculum & ipsam liberorum procreationem, pro quibus multa nostris legibus inventa sunt privilegia.

§. 11. Ut igitur maritus & uxor constituant unum mortale Mey. p. 3. dec. 176. n. 1. Mann und Weib sind ein Leib / in tantum, ut uxor nōmen suum gentilicium amitterat atque mariti astimere necessum habeat: Praguel. de Nobit. c. 18 n. 20. ita gaudet haec dignitate mariti L. 13. Cod. de dign. forum eius participat, L. 65. ff. de Iudic. eumque dominium mutarem sequi tenetur. Scrup. Iurispr. L. 1. tit. p. apb. 8.

§. 12. Deinde quoniam Reipublicae interest, ne mulieres sine iudicatae, L. 1. ff. Solus miseris singitur non solum stipulatio interuenisse pro dote repentina, licet non interuenierit, L. un. §. 1. & 6. Cod. de rei ux. art. sed conceditur etiam tacita hypotheca, & si uxor ipsa agat aut ex ea nati heredes, dos dorisque augmentum omnibus aliis creditoribus praefertur, etiam anterioribus d. L. un. 15 L. 12. §. 1. L. 30. Cod. de Iur. dot. ultimum tamen in Saxonie non obseruantur, teste Carpz. p. 1. q. 18. def. 69.

§. 13. Singularis propterea datur consuetudo in quibusdam Italiae locis, quam recenset Nützenau im Schlüsse des Reichsthumus c. 21. his verbis: Es sind in sehr vieler Städten Italiens / insonderheit zu Siena, Lucca und Fiorenza / zu hülff der armen Middhengs/ montes pietatis angestellset und geordnet / bergehalt das wenn einem Vater ein junges Tochterlein gehören wird / mag er alsobald / so er will / eine gewisse Summa Geldes / als 100 Kronen etc. bey dem aerario publico anlegen / welches zwar keinen Zins träget: Wenn aber die Tochter 18 Jahre alt worden / so gibt man ihr so mahl so viel / das ist 100 Kronen / damit sie sich ehrlich bestatten möge. Und hindert auch nicht / ob gleich ihr Vater in der Zeit bonis cedirte und verdürbe; Denn dieses Geld gehört der Tochter und sonst niemanden zu. Stich aber die Tochter in der gesetzten Zeit / und der Vater hat ein anders Tochterleut / das steht alsdenn nach der Zahl der Jahre in der vorigen Stelle: wo nicht so bleibt das Geld dem gemeinen Erbteil oder aeratio für eigen / und darf sich keine vor 18 Jahren verheyrathen.

§. 14. Restrингitur ergo foeminarum consentius in alienationem dotis immobilis, in aestimato datae, ita ut non valeat nisi judicialiter ac iurato declaratus. arg. c. 28. X. de Iure.

§. 15. Rarum fideiussio & intercessiones regulariter non obligant, propter SCrum. Velleianum b. 1. Cod. ad SCrum. Velle. Vid. Dn. Engelsbrecht. b. 1. §. 3. faciliores enim sunt ad intercedendum quam ad donandum Epi. Gal. 1. G. L. 2. ff. cod.

§. 16. Mitius pudiuntur in quibusdam delictis, quam uiri, quia his teneriores sunt & sic ob fragilitatem sexus maiori commissatione dignae ill. Dni Stryki ad Lanterb. Tit. de Constit. Princ. voc. Ex privilegio moh. conditione. Add. L. 5. §. 3. Cod. ad L. Int. Mat.

§. 17. Inde Iure Romano non sive incarcetandae, Anb. Hodie Cod. de Custode reor. qvod tamē privilēgium hodie cessat, dum in separato a masculis carcere definiti solent corpora qu. ill. n. 41. Brannen in Proc. Crim. c. 81 m. t. n. 24 nec, quando veniam aetatis petunt, propter sexus pudicitia auctoritatem opus habent, ut coetus publico se defensione L. 1. Cod. de his qui ven. aet. impetr.

§. 18. Gaudent praeterea uiduae & virgines parentibus orbatae, sive pauperes sint siue diuites, priuilegio misericordium personarum, ita ut si aliquem conuenire vehat, negligitis prioribus instantiis statim ad Principem evocare possint, *L. 2. un. Cod. Quando Imp. int. paup. L. 242. S. 3. ff. de V. S. id quod etiam dicendum videtur, si convenientantur. Ill. Dn. Stryk. in Introd. ad Prax. For. c. 5. §. 20. &c. de Rbez. in Inst. Jur. publ. L. 1. t. 22. §. 16.* Quod tamen in Camera Imperiali non observatur *Gail. L. 1. Obs. I. n. 40.*

§. 19. Iure Saxonico & Lubecensi equi parantur mulieres minoribus *Mev. ad Ius. Lub. p. 1. tit. 10. art. 3. n. 3.* & sic ad plurimos actus inter vivos Curatore indigent *Carpz. p. 2. C. 15. daf. 23. & 24. Berlich. P. 2. concl. 17. n. 18. seqq.* quin & Jure Ciuiti permittitur ipsis, (ut supra dictum) Ius ignorare *L. 9. pr. ff. de Iur. & fact. ignor.*

§. 20. Ex ratione posteriori removentur foeminæ ab officiis publicis, & sic iudices esse nequeunt aut Magistratum gerere *L. 2. ff. de R. 1. id quod etiam in Sina, regione Orientali nobis opposita, obtinere tradit P. Le Comte, Missionarius Gallicus.* Ufu tamen hodierno possunt ex Principis beneficio habere Iurisdictionem haereditariam, imo etiam novam emere seu acquirere. *Decius ad d. L. 2 ff. de R. 7.*

§. 21. Per antiquas Romanorum leges militibus uxores circumducere non licebat, ne animi, uxorum comitatu, languescerent, *Rosa. Antiquit. Rom. I. 2. c. 12.* quod hodie vix attenditur.

§. 22. Interim non possunt pro aliis postulare aut Procurrices esse, *L. 18. Cod. de Procurac. ne in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruant L. 11. Cod. cod. imo nec uxori, si viro iniuria facta, iniuriarum agere, quia defendi uxores a viris, non viros ab uxoribus, aequum iudicat Imp. Iustiniianus in §. 2. Inst. de Iur. Parentibus tamen & liberis, nec non pro liberando marito intervenire non prohibentur. Ill. Dn. Stryk. ad Lanterbr. d. 5. verb. Exceptionem vide.*

§. 23. Nec testes esse possunt, quoties testimonium est solennitatis, ut in testamentis solennibus §. 6. *Inst. de testame.* & si de investitura Feudi quaestio sit, *2. Eund. 32. in fin.*

§. 24. EX

§. 24. Ex eodem fundamento donatio inter viuos conjugi facta regulariter est nulla, L 2. §. 10. ff. de donat int. viro & ux. ne, cum mulier ratus donet L. 16. Cod. de donat, ante nupt. maritus quasi spolietur, aut amor pretio conciliari videatur. Mynsing. ad §. 13. Inst. de donat.

§. 25. Quod reliquum est, denegatur etiam foeminis potestas, qualem Pater in liberos habet § 10 Inst. de adopt. unde liberis suis tutores dare nequeunt arg. d. §. 10. vid. tamen L. 4. ff. & L. 4. Cod. de testam. sus. nec adoptare, nisi in solatum liberorum amissorum d. §. 10. Inst. de adopt. ac quibus Princeps hoc indulget, vid. Excell. Dn. Praesidis Synop. sis. de adopt. §. 2. nec pupillariter substituere L. 4. 1. §. 2. ff. de evig. & papill. subst.

§. 26. Hermaphroditi s. Androgyni ad eum sexum referuntur, qui in iis praevalet. L. 10. ff. de pat. bon. hinc nupturientes, quo scaudalum evitetur, a Medicis & Chirurgis merito sunt inspiciendi, eumque sexum, pro quo illi prouunciarunt, servare tenentur. Amman. in Irenic. p. 164. De Monstris cont. Ill. Dn. Stryk. ad Lauterb. sis. de Stat. bon. doc. Prodigiosi.

§. 27. Ratione aetatis homines sunt vel nati vel nascendi, quorūm pertinent & posthumi. Nascendorum, licet embryones sint, habendam esse rationem, ius Nat. lubet.

§. 28. Itaque praegnantibus, quae forsitan deliquerunt, tamdiu parcitur, donec pepererint, & ne calamitas matris noceat in utero existentis pr. Inst. de ingen. interim neque torquentur, neque capitaliter puniuntur. L. 3. ff. de poen. & L. 18 ff. de Stat. bon. licet iuramentum, animae qui si tortura, ipsis deferris soleat. Mv. P. 5. dec. 80. n. 2. Add. Ill. Dn. Stryk. c. 10. verb. Domes. peries.

§. 29. Ad horum legitimacionem autem requiritur, ut justo tempore nascantur. Sed cum natura mulierum diversa sit, nec matrum malitia vel innocentia semper aequa cognita, merito ius Ciuale Rom. certos fixit temporis terminos.

§. 30. V. debitur ergo tempus vel justo brevius vel justo longius. Priori causa sufficit ad invaliditatem septimus mentis

L. 12. ff. de Stat. boni, adeoque tam respectu patris dubitantis pars  
fus erit legitimus, quam a poena ob anticipatum concubitus  
ex Statutis tere universalibus, infigenda Parentes erunt immu-  
nes, qua ut nec Juramento gravandi fiat, quia lex eos absolvit.  
*Hahn, ad Wesenb. de Stat. hom. n. 3. voc. Postquam nati.*

S. 31. Interim tamen, quoniam Imperator se fundat in  
d. L. 12, in aliena autoritate, cuius rationes *Goshefr. ad L. 3. S. fin.*  
ff. de fuis & legi, nugas astronomicas vocat, dubium non est,  
quin autoritate meliori inventa quilibet Superior possit ab ea  
discedere.

S. 32. Posteriori casu procedit ad summum undecimus  
mensis initium arg Nov. 39. c. 2. Vid. *Caranz. Tr. de partu*  
c. 24. n. 33. *Kichser. Dec. 89. n. fin.* Unde nec uiduis intra  
annum luctus nubere licet per L. 1. & 2. *Cod. de sec. nupt.* quod  
tamen iugis de Iure Canonico, vid. c. pen. & ult. X. de sec.  
nupt. *Carpz. P. 4. const. 21. def. 10.*

S. 33. Natorum aetas varie considerari possunt;  
quae tamen, cum ali citius, alii tardius pro locorum, tempo-  
ramentorum & fortune diversitate pubescant, adolescent,  
senescant, vix certis annis circumscribi aut definiri possunt.

S. 34. Imperator Constantinus in L. 11. *Cod. Theodos. de*  
bis qui ven. act. impetr. aetas ita distribuit, ut prima sit puer-  
itia, sequens adolescentia, tertia firmata, quarta legitima &  
quinta ienectus. *Servius Tullius*, cum s. Claves Iuniorum  
cenius faciendi gratia institueret, pueros esse existimat, qui  
minores essent annis 17. inde milites cripshi, eosque ad annum  
46. Iuniores, supraque eum Seniores censuit *Gellius 10. c. 28.*

S. 35. Quemadmodum autem 100. anni possunt esse fi-  
nis vitae longaevi hominis. L. 65. ff. de Usufr. non quod homi-  
mo praeluminatur uiuere 100. annos, sed quod non prae-  
luminatur uiuere ultra 3. *Ab. D. Stryk. ad Lanterb. de Usufr.*  
voc. *Crustates.* ita notissimum Germanorum proverbiu in-  
de natu est, denos annos, velut gradus, computans; 100  
Jahr ein Kind/100. Jahr ein Jungling / 100. Jahr ein Mann etc.

S. 36. Hactamen dici non posset de Americois in cer-  
to districtu degentibus, de quibus me legisse memini in *Libello*  
*investig.*

*in titul. Englisch America: eos fere imberbes esse, anno aetatis 10, matrimonium inire, ac vix 40. annos vitae excedere &c/*

**S. 37.** Ad nostrum ergo clima quod attinet, haud obscure 4. aetatum epochae observantur, nim. *infans*, *parvitia*, *Iuventus*, *adolescentia*, *aetas virilis & senectus*, quarum prima lute nostro Ciuali, anno 14 in masculis & 12. in foemellis determinatur, *vid. insr. §. 48. cap. 4.* iterumque dividitur in *infantiam & impubertatem* in specie sic dictas *arg. L. 18. Cod. de Iur. delib. & sic infantes propriæ dicuntur usq; ad annum 7. post infantia maiores, & tandem pubertati proximi, circiter annis 10 $\frac{1}{2}$  si sunt masculi, 9 $\frac{1}{2}$  si foeminae* *vid. Mynsing. ad §. 1. Insr. Quib. mod. tur. fin. quamvis haec proximitas magis ex prudentia, quam annis aestimanda. Dn. Stryk ad §. 9. Insr. de iure. sicut.*

**S. 38.** Intantes, instar furiosorum, impune delinquunt *L. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil. Impuberis quidem ipsimet acquirere possunt L. 11. ff. de A. R. D. & pr. Insr. de aut. tur. non vero alienare aut alium contractum sibi praejudiciale inire §. fin. Insr. Quib. alien. lic. ac poena ordinaria ipsis committere remittitur *arg. L. 108. ff. de R. I. & c. o. X. de delib. puer. nisi malitia supplet aerat* *etiam*, *vid. Conf. Crim. art. 164. &c.**

**S. 39.** Puberibus sui Iuris denegatur ad certum tempus libera rerum suarum dispositio, de quibus *in fine esp. seqq. Cont. L. Auxiliis 37. ff. de Minor. Senex sexagenarius arrogans potest sine difficultate L. 15. §. 2. & L. 17. §. 2. ff. de adopt. Septuagenarius excusatur a tutela §. 13. Insr. de excus. & L. 3. ff. de immunit. Add. Brunnem. ad cit. Cod. Qui aetar. vel profess. *de fin. &c.**

**S. 40.** Temperamentorum vix ulla in Iure Ciui. li habetur ratio. Sunt autem eorum 4. *Pblematicum, sanguineum, cholericum & melancholicum*, quae quidem 4. istis aetatis bus fere correspondent, primum tamen reliquis tantum moderatur, ita ut de tribus ultimis in genere dici posset:

C

Ergo.

Chregetzige (cholerici) regieren  
Wollüstige (languinei) ergehen  
Sklidgezige (melancholici) erreichen

Die Welt.

modo amendatio ac. edat.

§. 41. Pertinet eorum notitia ad Physiologiam, ubi  
praebere possunt praesumptionem in factis licitis & fulpi-  
cionem in illicitis.

§. 42. Huc referri potest praesumptio hominis  
a Dd. ita nominata, quae non solum colligitur ex seruum  
circumstantiis & hominis vita anteacta, tanquam a posterio-  
ri, Brunnem ad c. Semini de R. I. in VI, sed etiam, velut a priori,  
ex ipsa corporis structura, maxime vultus humani diver-  
sissima, affectus tam praesentes quam praeteritos propensio-  
nesque futuras saepissime indicante. Quia in re precepia  
ad observatorum experientiam.

§. 43. Status adventitius prouenit ex societate  
particulari, quae aut pactis aut Legi naturali instituitur. Ideo  
fuit introducendus, quod sine eo homo aut plane non, aut nomi-  
com mode vivere posset; unde & approbante & jubente Nu-  
mine hoc factura esse, recte colligitur. Dn. Brud. Philosoph. Pr.  
f. 2. c. 4. fid. 10. §. 1.

§. 44. Ita societas *simplex* est & *composita*. Ad sim-  
plex pertinet Status conjugalis, paternus & herilis;  
ad compositam civilis, quorundam spectante officia hominum  
in statu quodam uiuentium, quae ex natura & indole  
praefertur ex fine cuiusque Status metienda sunt.

§. 45. Hosce Status complectetur quidem Ius Romanum  
sub Statu libertatis, civitatis & famularum. L. ult. ff.  
de cap. demin. nos vero ordinem naturae sequemur.

## CAP. III.

## DE STATU CONIUGALI.

**C**ertum est, Statum Coniugalem, quem matrimonium  
appellamus, fundamentum esse omnium societatum  
humanaarum.

## DE STATU CONIUGALI

humanarum; cuius antecedentia solent esse sponsalia eorum: que consummatio nuptiae. vid. S. pos. Iust. de nupt.

Q. 2. Si de iure Nat. pacta sunt servanda ( quod sine dubio nemo impugnabis,) certe nec a sponsalibus recedere licebit inuito altero, nisi vel metus iustus & non reverentialis, vel dolus ex proposito, vel error circa substantialia intervenient, vel etiam tale quid supervenerit, quod, si ab initio adfuerit, consensum sponsalium impediisset.

S. 3. Quis autem dicet, illud fieri non posse mutuo despontatorum consensu? cum nihil tam naturale sit, quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est, fatente Ulpiano in L. 35. ff. de R. 1.

Q. 4. Est itaque matrimonium secundum leges Nat. consideratum nihil aliud, quam societas maris & foeminae, procreandae sibolis causa inita. Ad quam non tantum habilitas physica sed & moralis requiratur

Q. 5. Sane summa osanum rerum oriretur confusio, si quilibet ex qualibet suscipere vellet; unde uagam libidinem ab illa Gente pro matrono reputari esse vel adhuc reputari, persuaderi nequeo. Peri uolosa enim distinctio est inter Gentes barbaras & moreas, si de neglectu totius iuris Nat. intelligatur. vid. supr. §. 47. c. 1.

Q. 6. An vero Parentum consentius in nuptias liberorum requiritur? Dubitat cum aliis H. Grotius ac I.B. & P. L. 2 o. 3. §. 10. ac fere dubium videtur circa filios, qui ex familia s. octonomia paterna simul exerunt. Albus tamen adiicio calculum, qui & de iure Naturae liberorum officium pietatis atque reverentiae ita requirunt, ut etiam in nuptias, Parentum consilium adhibeant, nec sine justa causa eorum uoluntati relinquentur. vid. Biebel. p. 1. §. 37. 38. & p. 2. §. 18. Gerhard. loc. de conjug. n. 62. Corp. Confess. L. 2. tit. 3. def. 39.

S. 7. Filiarum autem verecundiae utique conuenit. Hac in re alieno, non in Parentum, stare arbitrio. Gross, ab L. confisi. Ser. 7. p. 36. Elegantissime alloquitur Catullus virginem:

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est.

Tertia pars Matri data; pars data tertia Patri;

Tertia sola tua est. Noli pugnare duobus;  
Qui genero sua terra simul cum dote dederat.

§. 8. Cum porro finis matrimonii, nempe procreatio  
sepolis obtineri posset, etiam si unus vir pluribus iungatur  
foeminis, nullus dubito, quin Polygamia simultanea viri,  
sive, nisi inter desponsatos aliter conventum, iure Nat. sit  
licita.

§. 9. De muliebri ergo aliud erit dicendum ob evid-  
entissimas & satis notas rationes. Dissentit quidem Dn. Tho-  
mas. in *Iurispr. Div. L.3. c. 2. §. 206. seqq.* quam sententiam in  
*Fundam. Iur. Nat. & G. cod. Lib. & cap. §. 35.* in tantum mutasse  
videtur, ut credat: esse tamen (Polygamiam muliebrem) parum  
decoram & honestam. Verum sicut in honestum & minus  
decorum reductivus est contra Ius Naturae: ita nec Polygamia  
muliebris cum eo stare poterit, unde & eius exemplum, ceu  
naturae contrarium & nocivum, nusquam repertus.

§. 10. Virilem autem comprobant Patriarchae Veteris  
Testamenti, quibus in ipsis sacris *Lev. 18.v.18. & 20.v.14. &c. Deut.*  
*21.v.15. seqq.* leges quedam in Polygamia connubiales praescribuntur. Conf. etiam *z. Chron. 24.v.2. & 3. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 6. th. 7. Herold. dissert. de Polygam. Cris.*  
*suis de indicis. delict. p. 2. c. 9. n. 10.* hodie Turci, Nigritae in Africa aliaeque Nationes quamplurimae. Quid porro obtineat apud Iapanios in Ost. Indien & Peruanos in West. Indien, videsis in *Pufend. Iure N. & G. L. 2. c. 2. §. fin.*

§. 11. Circa iustitiam hujus Polygamiae dissentit quidem  
Dn. Lauterbach, in *Comp. Iur. civ. de rite nupt.* ex hac videlicet  
ratione, quia sit contra primam institutionem; cui consentit  
Dn. Herber in *Philos. Iur. Nat. nupt. edita ab. 379.* Verum haec  
opinio sapere mihi videtur Philosophiam, uti vocant, Mosai-  
cam & Christianam, adeoque solidissime refutatur ab illis.  
Dn. Stryk in *Annot. ad Lauterb. d. 1. voc. Contraria est.*

§. 12. Non solum enim addita ratio hoc ipso corruit,  
quod Christus *Mattb. 19.* ad eam provocans ne quisquam contra  
Polygamiam, bene tamen contradicendum argutum istud  
urletit.

## DE STATU CONIUGALI

21

cursetur; sed etiam sequeretur inde, quod, si Polygamia esset contra Ius Naturae, id autem quod contra Ius Naturae est, motorie peccatum mortale immoluit, vid. c. §. X. de censuris, quod, inquam, Patriarchae contra illud peccaverint, adeoque aeternae mortis facti fuerint rei. Quod non facile quis statuet.

§. 13. Sed progredior. Nec video rationes naturales, cur pactum matrimoniale, quod non ad dies vitae initum, perpetuum esse debeat, nec cur, ut caetera pacta, mutuo consensu, immo si huic contraventum, etiam unius dissensu dislocvi queat, Conf. Dn. Wernberi Elem. Iur. Nat. & Ge. c. 17. §. 14.

§. 14. Testimonium eius rei fuit Concubinatus, qui iure Romano non erat prohibitus L. 5. Cod. ad SCrum. Orfic. L. 3. §. 1. ff. & L. nn. Cod. de Concub. ac propter eius licitus Vid. tamen ill. Dn. Stryk. ad Lauterb. de Concub. unicagi tamen Concubinam habere saltem non maritato licuit Nov. 5 Nov. 89. c. 13. §. 5. 18. c. 5.

§. 15. Deinde Iudeorum libelli repudiūt, Deut. 24. Math. 5. v. 31. deque iure Rom. antiquo diuertia bona gratia facta Nov. 22. c. 4. Nov. 89. L. 62. ff. de donat. int. vir. & ux. L. 14. §. 4. ff. Qui & n. quib. manum, (quae constitutions quidem sublatæ per Nov. 117. c. 10. sed iterum reductæ per Nov. 140.) item diuertia coram 7. testibus mediante liberto facta. L. 9. ff. de divorce. & repud. de quibus Pqeta: Collige sarcinulas, dixit libertus, & exi.

§. 16. De Iaponiis refert Pufendorf de I. N. & G. I. 6. c. 1. §. 24. ex Bern. Varenio: diuertia in ea Gente esse freqüentissima, utut nobiles fastiditam uxorem in aedibus retineant, & de necessariis rebus eidem prospiciant.

§. 17. Dum autem ordo servari nequit, nisi res a nutu ~~unius~~, aut inter plures a voluntate ad minimum paucorum uniforme dependeant atque dirigantur, quaeritur iam, penes quem esse debet imperium in coniugio? A mera conventione permitti illud deducunt, imprimis cum ultra finem matrimonii non sit extendendum, vid. Dn. Thomae, in Iurispr. Div. L. 3. c. 2. §. 103. ff. & Dn. Wernber. a. l. §. 10. §. 8.

§. 18. Sed paucis me expediam: Competit omnino imperium etiam de lute Naturae marito, cui partu praestatoria vid. supra §. 6. s<sup>e</sup>q<sup>u</sup>. c. 2. potestamen aliquatenus & uxoris cedi, cum quilibet favori suo renunciare valeat.

§. 19. Tandem de gradibus consanguinitatis hactenus varie disputatis cum Dno. Buddo in Phil. Pr. p. 3. sc. 4. sect. 10. §. 10. ita sentio: Ascendentium matrimonia in quantum luti naturali repugnant, in quantum inde confusio obligatorius diuersae naturae oriri potest. add. Pfeendorf. d. 4. §. 32.

§. 20. Contraria enim videntur, aliquem tenerari, & tamen ejus obsoletitatem sese miscere. Hinc Paulus. ICor. in L. 14. §. 3. de rit. nupt. optime suadet, naturale Ius & pudorem in contrahendis matrimonii esse iniiciendum, cui statim subiicit: contra pudorem autem est, filiam tuam uxori rem ducere.

§. 21. Id quod etiam ob identitatem rationis de matre & filio dicendum. Diff. Dn. Thomas, in Lurisprud. Dtu. L. 3. c. 2. §. 225. s<sup>e</sup>q<sup>u</sup>. quam sententiam forville etiam videtur Lex Egypci Psolomaetus φιλομήτωρ.

§. 22. Patet ex his, quoad matrimonia fratrum & sororum caeterorumque collaterum nullam rationem inventri posse, qua rite probetur, ea luti Naturae adverari. Conf. L. Lure Generum f. ff. de rit. nupt.

§. 23. Caeterum non potest matrimonium fideli cum infidei, nisi specialis Lex Civilis obliteret, de lute Nat. prohiberi; bene vero Eunuchi, maxime cum sanguinea, quia ansa daretur scortationi, nec finis matrimonii ordinarius intenderetur.

§. 24. Verum eam vero secundum Leges Diuinæ positivas nec non Ius nostrum Civile matrimonium longe aliter est considerandum. Sic enim requiritur unius viri, qui indistincte sit caput Familiae, & unus falcem foeminae (vid. 1. Cor. 7. u. 2. 3. & 4.) perpetua conjunctio; & quidem non quorumlibet, sed eorum, qui non prohibentur.

§. 25. Qvarce primo Concupiscentia moribus hominibus

## DE STATU CONIUGALI

diuersis in totum est prohibitus, s. audire charismati dicitur.  
can. Concubinac. s. c. 32. qu. 2. c. nemo 23. qu. 4. Nov. Leon.  
97. Ord. Polir. de Ao. 1548. tit. 26. it. de Ao. 1577. tit. 20.  
leichtfertiger Beprobnung / nisi velis aliquales eius re-  
liquias remansisse in matrimonio ad Morganaticam,  
per linden Hand contractis Conf. Stranch. ad R. I. differt., §. 13.  
Colleg. Iur. A. tit. de concub. Myler. ab Ehrenbach Ga-  
mml. c. s. §. 19. scqq. Ill. Dn. Coccej. Hypomn. Iur. Fend.  
tit. 7. §. 7. ejusque Disp. de Lege morganatica secund.  
§. §. 2. 2. 4.

§. 26. Deinde Polygania penitus est improbata  
L. 2. Cod. de incep. nups. L. 18. Cod. de adulto, ita ut bina spon-  
salia celebrans, utrum verum bigamiae delictum nondum com-  
missit. Ill. Dn. Stryk. et Laufer. tit. ad leg. Iur. de adulto. sec.  
Coniunctione puniatur infamia L. 1. f. Qui nup. infam. ipsiusq.  
polygamie poena gladii dicteur Conf. Cr. art. 141. Carpzou.  
Pr. Cr. p. 2. qu. 66.

§. 27. Sponsalia proinde nec mutuo quidem de-  
sponsatorum consensu hodie dissolui volunt Evangelici, cum  
inter personas legitime desponsatas vigore ordinationis Di-  
vinae. March. 19. v. 6. verum iam adiit matrimonium inchoa-  
tum. Vid. Carpz. Confess. L. 2. tit. 10. def. 173.

§. 28. Interim tamen, quia nondum adeat vinculum  
indissoluble, non excluduntur causae gravissimae, ob quas  
auctoritate Consistoriali a sponsalibus retiliri & repudiumque  
imperari potest, quas vid. in Excell. Dn. Praef. Synops. etc.  
¶ B. Mal. n. 29. 1/99.

§. 29. Fortes enim, ut taceam nullitates, inter in-  
vitos separatio admittit potest & debet, quoties probabilitas  
praevidetur potest, inseliciissimum futurum esse matrimonium.  
Med. P. 6. Dec. 226. Conf. Ill. Dn. Stryk. Tr. de diff. sponsal. scđ.  
z. §. 5. 1699.

§. 30. Nuptias itaque non concubitus, sed con-  
sus facit, L. 30. ff. de R. I. ad quarum substantiam Patris  
quidem contentus de iure Rom. requiritur pr. & §. pen. Inf.  
de nups.

*de nupt. & oque mortuo in filia adhuc minorenni matris L. 20. Cod. eccl. Iure vero Canonicō Parentum consensus saltē est de honestate solusque sufficit contrahentium consensus. c. sufficie 2. caus. 27. qu. 1.*

S. 31. Nihilominus fatendum, hodie magis spectari reverentiam utrique Parentum debitam quam Patriam potestatem, ita tamen, ut Parenium consensus necessitatis maneat. vid. Ill. Dn. Stryk. Diff. Iur. Ciu. & Can. sect. I. § 7. & si illi inter se dissentiant, Patris quidem consensus praevaleat Carpz. d. l. def. 44. n. 16. si vero hic sine causa dissentiant, Iudex consensum supplere possit L. 19. ff. de ris. nupt. modo non adfuerit contentus paterni consentis, de quo vide Carpz. d. l. def. 57.

S. 32. Ea adhuc aliam hodierni Iuris Civilis determinationem! Hierologia l. benedictio sacerdotalis, Iuri quidem Romano incognita arg. L. 30. ff. de R. I. L. 9. & 22. Cod. de nupt. Iure autem Canonicō introducta est. c. alter I. c. 30. qu. 5. mansitque tere ubique formale ac solenne in orbe Christiano requisitum Carpz. Confit. L. 6. def. 242. quemadmodum nec publica proclamatio, nisi per Consistorii dispensationem, omitti potest. Carpz. d. l. def. 139.

S. 33. Gradus consanguinitatis a Iure Ciuili, ad normam Iuris Diuini positiū, restringendo determinantur. Quis enim ignorat, praetet lineam rectam, nuptias etiam inter fratrem & sororem, nec non ubi adeat respectus parentium, esse prohibitas? Ltv. 18. 8. 7. 9. 10. 12. & 13. §. 4. & 5. Iust. de nupt. L. 19. Cod. eccl.

S. 34. His accedunt Constitutiones Principum ferentes generales, quae citra dispensationem nuptiis quoque consobrinorum interdicunt Brunnem. ad d. L. 19. Cod. de nupt. Ne dicā nunc de variis locorum moribus ratione tertii gradus aequalis & inaequalis, de quibus vid. Sibm. in arbor. consangu. c. 1. n. 43. segg.

S. 35. Ius vero Canonicum, quod amore frugiferae dispensationis conjugium ne quidem in quatuorgradus suae com-

putatio-

## DE STATU CONIUGALI

42

putationis permittit c. pen. X. de Consangu. nostrales infuper habent.

S. 36. Circa affinitatem potest regulariter dicitur: Cui uxor non potest nubere propter consanguinitatem, eam personam (mutato sexu) maritus uiduus non potest ducere propter affinitatem & vice versa. *Ley. 18. v. 8. 14. 15. 16. & 17. L. 39. S. de rie. nupt. L. 4. S. 4. ff. de Grad. S. 6. & 7. Inst. de nupt. L. 9. & 8. Cod. de iureb. nupt. quia vir & uxor sunt una caro ac quasi pro una persona reputantur. vid. c. porro 3. c. 35. qu. 5. & c.*

S. 37. Excipiunt quidem nonnulli casus Iure Divino non expressos, ita ut quis ducere posset defuncte uxoris sororis filiam, (quod tamen in Ordinatione Consistit. Megapolensis etc. S. f. 14. & 15. non obtinet, sed ejusmodi matrimonium consummatum est rescindendum) & avunculi relictam uiduam. *Kiebter. Des. II. n. 13. 17. 29. seqq. & P. 2. Conf. 15.*

S. 38. Quoquo modo autem le res habet, operatus tamen dicta omisso casuum, ut aliquando fiant dispensabiles, prout testatur aliquoties factum esse a Facultate Viadrina. *I. D. Stryk. ad Brunnen. Iur. Eccl. L. 2. c. 16. §. 26.*

S. 39. Quid tandem dicendum de Canonistarum tribus affinitatis generibus? Brevibus: *Primum apud nos adhuc est in viridi observancia; Secundum attenditur, quoties in linea recta occurrit respectus parentelae; tertium plane negligitur. Conf. Struv. Syntagma. Iur. Civ. Exe. 29 ib. 45. & Dabib. al. leg. Add. Brunnen. de Iur. Eccl. L. 2. c. 16. n. 23.*

S. 40. Ex quibus omnibus eruitur regula, praesupposita sc. computationis methodo notissima: *Quoties matrimonium includatur duabus lineis rectis, toties nullum adeo matrimonii impedimentum.*

S. 41. Merito ergo reiciuntur hodie rationes illae politicae, ex quibus nuptiae olim fuerunt illicitae; nam propter metum potentiae *L. 6. Cod. de nupt. t. t. Cod. de matrim. nupt. prop. & t. t. propter dignitatem. L. Humilem. 7. Cod. de iureb. nupt. L. Papia 23. ff. de rie. nupt. vid. omnino Carpz. Conf. L. 2. def. 9. & seq. & propter fictam (hodie autem evictam) cognacionem, S. 5. art. 2. de nupt. L. 26. in fin. Cod. cod. & t. t. hodie de cognac.*

**S. 42.** Propter delitium damna quidem ius Romanum matrimonium adulteri cum ea, quam durante matrimonio adulterio polluit. L. 27. Cod. ad L. Iul. de adulst. Nov. 13. c. 12<sup>a</sup>. Primum tamen hodiernam, quae & rationi convenientior est, vide apud Carpz. in Conf. L. 2. def. 14. & 15.

**S. 43.** Caeterum matrimonium fidelis cum infidele nec hodie in Statu nostro Ciuali subsistere debet, de quo conf. Gerhard. loc. de Coniug. S. 394. Carpz. d. l. def. 6. ejusq; Pr. Crim. p. 2. qu. 76. n. 64. Inter Catholicos tamen, Lutheranos & Reformatos liberum esse connubiorum ius, constat ex Instrum. paci. etc. s. S. 35. Vid. tamen. Carpz. Conf. L. 2. def. 8.

**S. 44.** Spadonum, quia Iure Rom. vox generalis est, L. 128. f. de de P. S. tria sunt genera: natura, facto & fato s. casu. Hinc sunt Spadones in specie, castrati & eblebiias. Primis quidem matrimonium permittitur. L. 39. S. 1. ff. de Inv. doe. cum sint sanabiles vid. L. 6. fin. ff. de aedit. edit. non vero reliquis L. 14. S. fin. de Massum. vnde Conf. Gerhard. d. l. S. 255.

**S. 45.** Ne autem vinculum matrimoniale innocentibus tormentum sit perpetuum, non solum matrimonium declaratur nullum, si v. g. (coeteris paribus) quis defloratam pro virginе duxerit, impotentia naturalis (cave ne praedicaliter intelligas, vid. Christ. Weisii Log. p. 1. l. 3. c. 7. p. 8.) adsit Sec. Conf. Ill. Dn. Stryk. Difp. de Matrim. nullitate th. 6. seqq; sed etiam concessum est Divortium.

**S. 46.** Hocce vero divortium determinatum est saltem ob adulterium Matrib. 19. malitiosamque desertionem, Cor. 7. L. 2. Cod. de repud. Cui accedit separatio quoad theologiam & mensam. propter nimiam saevitiam quidem, spandae tamen reconciliationis gratia, a Canonistis introducta & a nobis optime retenta.

**S. 47.** Neutquam ergo matrimonium mutuo consensu (nisi forsan castitatis revendae causa Nov. 117. c. 10. & Nov. 114.) dissolvi potest. Conf. Carpz. Conf. d. l. def. 210. seqq.

# CAP. IV DE STATU PATERNO

**S.** 1. Equitur Status Paternus, qui fundatur in societate inter parentes & liberos. Iam ut in ceteris societatibus, sic & in paterna modus & limites obligationis quam rectissime ex fine societatis derurantur. Quare non est, ut de officio parentum & liberorum multa differamus.

**S.** 2. Finis autem huius societatis cum sit nutritio & educatio sibi solis; is vero obtineri nequeat sine imperio, sua sponte quiuis intelligit a parentibus imperium competere, a liberis vero obsequium exigere. *Dn. Budd. Phil. Pr. p. 2. c. 4. fct. ii. S. 5.*

**S.** 3. Sed cui ex parentibus principaliter competet potestas ista in liberos? Ex mente Hobbesi & Grotti c. 9. primaeua potestas in prolem penes matrem est, dum ex ipsius hypothesi, hostes iniquicem sunt, qui inter se non imperant & parent, & sic dominium infantis, ad ipsum primo pertinet, qui eundem primus (uelut mater infantem) possidet: Sed cur nos potius imperium obstetrici, quae infantem primum excipit tribuendum? eleganter dicit Dn. Hertius ad Pufend. I. N. & G. L. 6. c. 2. **S.** 2.

**S.** 4. Pro tenacitate mei iudicii statuo ergo, de iure Nat. competere quidem potestatem utrique parentum, quies nimirum unius dispositio alterius voluntati, etiam praesumptive, non contrariatur; Sed si inter se dissentiant, vel dissensuri praesumantur, omnino Patri partes erunt potiores, adeoque Patri, seu capiti familiae, imperium tribuendum, nisi Patri s. expresse facite sit cessum. *Cont. Groc. de Jnr. B. & P. L. 2. c. 5. S. 1.*

**S.** 5. Hoc ramea imperium ad lus. vitae & negotiis extendere, finis huius societatis nullatenus requirit, quamvis Pater in Statu naturali uiuens (uid, supra S. 4. c. 4.) maiori pollear

polleat potestate, quamvis, qui Statui Ciuiili habiacer Cont.  
Dn. Budd. d. l. §. 7. & 8. Iung. Pufend. d. l. §. fin.

§. 6. Num uero potestas illa etiam ad bona libergo-  
sum se expendat, varie disquiritur inter Iuris Nat. scriptores.  
Equitati ego consentaneum duco, ut, quādū liberi in po-  
testate parentum sunt, omne id ad eos spectet, quicquid ex  
eorum re acquirunt; quod uero liberis, siue puberes siue im-  
puberes sint, aliunde obueniunt, eius non quidem proprietas,  
bene tamen ususfructus, usque ad separationem, parentibus  
comperat

§. 7. An ergo (dicere quis posset) ususfructus est Ju-  
ris Naturae? Resp. omnino est; praeter determinationes eadem  
commixtas, ut alibi fusiū docebittir. Cur ergo Parentibus  
denegandus ususfructus rerum liberis aliunde obvenientium,  
cum in compensationem alimentationis & educationis qs.  
tendat? Ut autem dominia rerum certa sint & distincta,  
utique proprietas manet liberis, donec per separationem  
in plenum dominium abeat. Id qvod veteres Cti aequum  
h. c. iuri Nat. conveniens, iudicarunt, ideoque Patri u' u-  
susfructum adiudicarunt.

§. 8. Liquet ex his, potestatem istam non esse per-  
petuam. Nam non tantum remitti, sed etiam amitti potest  
v. g. infan. em exponendo, adulturn crudeliter tractando &c.

§. 9. Interim si filia nubendo familia exit & filius  
se ab oeconomia paterna separat, Parentum imperium libero-  
rumque obsequium cessare necesse est, remanente tamen  
reuere & gratoque animo, pro tot in liberos collatis benefi-  
ciis nunquam intermorituro.

§. 10. Ius nostrum Ciuiile sive in omnibus consente,  
nisi qvod ratione effectuum patria potestas nunquam marri ces-  
sa presuminatur neque concedatur.

§. 11. Eius potestas, detracto uite & necis Iure  
olimi usitato L. ult. Cod. de part. por. hodie se fundat so-  
lummodo in moderata castigatione L. 3. Cod. cod. & L. 5. f.  
ad L. Pomp. de part. i. acqvisitione bonorum, quae liberi  
obueniunt pro ratione peculiorum s. a. Ius. por. gyas por.

aut argo. (de quibus alibi ex professo) aliisque effectibus quamplurimis.

§. 12. Pater ergo est, quem iustae nuptiae demonstrant, & liberi, qui ex legitimo matrimonio sunt procreatis. pr. Inst. de patr. pos. hinc dicuntur legitimii vid. sup. §. 30. c. 2.

§. 13. Contingit autem saepius, ut pater post natuicatem filii vel filiae suae ejus matrem in uxorem tandem ducat; sic benignè determinat Ius Civile hunc casum, ut unatus per subsequens matrimonium, sy. fin. Inst. de nupt. veliam per solennia affectionem maritalem declarantis, ipso demum mortis articulo, legitimari possit. L. M. Cod. de nupt. lib. iunct. c. Tercia b. X. qd. s. fuit. legis.

§. 14. Unde ex communis Dd. asserto etiammodi legitimati appellatione legitimatum, deret aus rechter undechter Ehe erzeugten Kinder in Statutis veniunt, Carpz. P. 2. def. 236 n. 12. Gail. 2. Obs. 141. n. 2. Richer. doc. 30. n. 17. nec a Feudis excluduntur, uti in Camera Imperiali indicatum esse testatur Mynting. cens. 5. Obs. 42. aliquot feudis ac.

§. 15. Si vero pater istam noemindam vel indeute ut alia ex causa ducente impeditus fuerit, quid tum? Sic clementia hodiernorum Legum Civilium indistincte admittit Rescriptum Principis legitime peritum. Schatz. ad S. fin. Inst. de nupt. L. H. S. Hahn. ad Westphal. tit. de bis qui sui vel al. Iur.

§. 16. Hoc rescriptum ratione priuatorum legitimatarum non solum ab ipso Imperatore per Comites Palatinos sed etiam a qualibet Statu Imperii immediato in territorio suo exerceri solet. de Rbz. in Inst. I. P. L. 2. tit. 9. §. II. S. ill. Du. Stryk. Exam. Feud. c. 15. qu. 14.

§. 17. Quo ipso illegitimis tantum Iuris consequuntur, quantum Princeps concedere voluit ac popuit. arg. L. Nec aves ac Cod. de emanet lib. Hinc tales legitimatai huius in successione Feudi antiqui quaesitum nemini invito auferre possunt. Carpz. de F. Disp. 5. posse. 33. lib. Dom. Stryk. d. 1. qu. 40.

§. 18. In allodialibus tamen sine dubio Princeps ad instantiam Patris legitimare potest cum clausula: unigenitus echtgeborene Kindet vorhanden sind; quia enim pater usque ad legitimam praeiudicare potest liberis & bona ex ratiōne relinquere, cur non idem possit in favorem filii naturalis? Reliquas differentias hujus legitimationis eleganter deducuntur ap. *Dni Schweder.* in *Iur. Publ.* p. ff. sec. i. cap. 16. §. 14.

§. 19. Tandem in locum Oblationis Curiae Romanis olim usitatae successisse videretur, quando liberi expositi, *Gnädlinge*, plerumque illegitimi, in *Orphanotrophis* recipiuntur ac certo opificio vel artificio addicuntur &c.

§. 20. Abdicatio, quae est filii ignominiosa inter vivos missio, Legibus Rom. non comprobatur L. *Abdicatio* 6. &c. 9. C. de patr. pot. methodie permittenda, diversis causis ex heredam a lege Civili determinatis.

§. 21. Non tamen abdicatio est, si Pater vel Iuri suo renunciando vel illud reservando filium vel filiam alteri in adoptionem dederit; quemadmodum & impuberis ab aliis cognatione vel pietate ductis quandoque adoptantur, & adulti sui Iuris se ipsis in adoptionem dare possunt.

§. 22. Huic adoptioni Ius Civile utriusque constituit terminos. Namque dividens eam in arrogationem & adoptionem in specie sic dictam, hancque rursus in plena & minus plena f. imperfectam non promiscue, nec cuiuslibet adoptare permittit, ut videmus in arrogatore impuberis, qui cavere tenetur §. 3. *Infl. C. L. 18. seqq. ff. de adopt. adop.* ptante, qui adoptandum 18. annis ad maximum praecedat. §. 4. *Infl. C. L. 7. & 9. ff. cod. tute & eo, qui liberos habet, adoptare prohibit.* *L. 17. pr. & 5. 3. ff. cod. &c.*

§. 23. Deinde non erit hæc adoptio Iura sanguinis L. 23. ff. d. adopt. ideoque adoptatus incapax est Feudi a patre adoptivo reliqui 2. *Feud. 26. Si adoptiv.*

§. 24. Potestatem autem confirmandi arrogationem, nec hodie cuiuslibet Magistratus, sed vi superioritatis territorialis Statibus Imperii competere volunt, prout contra Bruns-

*novi*

## DE STATU PATERNO

28

nam, ad Welfinge, sive de adopt. qu. 13, defendit. Ill. Dn. Stryk. q. 11. M. f. d. 1. q. 6, quod tamen iecus in Saxonia Dn. Scibile, exc. 3. art. ff. q. 16.

S. 25. Volunt praeterea Dd. Novellam Leonis 27, ubi de adoptione Virginum contra q. 10. Inst. de adopt. disputatur hodie obtinere. Cont. Franzk. exc. 2. qu. 10. n. 4. siquidem eius exemplum etiam Scriptura S. nobis exhibet in Filia Phoenicis, Molent adoptante, Exod. 2. v. 10. & Ad. 7. v. 21.

S. 26. De unione prolium, quae moribus saltem introducta ac adoptione tere substituta, videlicet Rikum Ir. de unione prolium, Carpz. L. 5. Resp. 6 Hobn. Diff. de Jure rer. Concl. 73. C. Gaid. 2. Obf. 125. interim non tribuit ea patriam potestatem, prout notat. Ill. Dn. Stryk. in Ius Mod. ff. 16. de adopt. §. 15.

S. 27. Quibus denique modis patria potestas solvatur, passim docentur iuris scriptores. Notabimus saltem determinaciones. Sic patris vel filii capit is demunitio maxima (quaetamen, sublata inter Christianos seruitute Romana, vid. §. 29. inst. cap. seq. s. non amplius superest.) & media tollit patriam potestatem q. 1. Inst. de adopt.

S. 28. Cui accedit Patris abusus tam civillis, filios nim. educendo filiasque prostituendo L. 12. Cod. de Episc. aud. & L. En ff. Si a parent. quis manum. quam naturalis, liberos scil. crudeliter tractando arg. S. fin. Inst. de his qui sui vel al. iur. exponendo vel aegrotantes derelinquentendo L. 2. Cod. de infante. esp.

S. 29. Nec Imperator Iustinianus ferre potest, ut filius in Patricium electus & ab Imperatoria Celsiudine loco Patris honoratus alieno Iuri subfit. §. 4. Inst. Quib. mod. parr. pot. solv. & L. 10. Cod. de Consul. id. quod hodiernis Principum Consilijariis, intimes recte applicatur. Dn. Stryk. add. §. 4. imo Iure Nov. 123. c. 4. liberat etiam a patria potestate dignitas Episcopalis; Cont. Rosbach. de differ. Iur. Cr. & Can. L. 1. tit. 2.

S. 30. Sed si Pater ipse filium e potestate sua dimisit, emancipationem vocamus. §. 6. Inst. Quib. mod. parr. pot.

23

per. sibi. quae hodie noplurimum est ratio, & ad eam secundum veriorem sententiam, in filio separata oeconomia, in filia nuptiae sufficiunt. Conf. Excell. Dn. Praef. Synop. c. 10. adsp. n. 13. seqq. Sint tamen in Saxonia liberi maiorennes. Conf. El. 10. p. 2. nec in filio sole nuptiae sufficiunt Corp. p. 3. Conf. 10. def. 3.

S. 31. Quid tandem, si Pater morte abripatur, liberi vero sunt nondum adulti? De hute Naturae liberi quidem in potestatem Matris superstitis cadent (quod in Episcopatu Wittig receptum dicunt) vel ut accuratius loquar, Matris potestas sit magis conspicua, vid. S. 5. baviss cap. Ius vero nostrarum Civile eam, quoad effectus patriae potestatis, plane praeterit.

S. 32. Cum ergo Lex Nat. præcipit, ut alii, necessitate exigente, humanitatis officia exhibeamus; Et uero infantes vel nondum adulti, qui se ipsos regere nequeunt, alios cum directione egere noscantur: prono alveo inde sunt, homines ad id obligari, maxime cum talus Reip. id postuleret, qvin & ut infantes bene educentur, totius humani generis intersit vid. S. pen. 49. de Actil. eur.

S. 33. Hocce manus, quod tutelam vocamus, incumbit quidem proxinis consanguineis, ex lege scil. vinculi præ extraneis arctioris. Sed si pater ipse sobolis suae salutis pro'pexerit, tutoremque, licet extraneum, ante obitum suum constituerit, non est cur hunc effectum patriae potestatis liberaeque de rebus suis dispositionis ei denegemus.

S. 34. Tandem si & hi omnes deficiant, vel quod excludantur vel quod declinare possint, officium Magistratus aut iudicis, seu communis Parentis, subueniet atque indefessis impuberibus tutores dabit.

S. 35. Negat quidem Dn. Kestnerus in Iur. Nas. 6. Gen. c. 4. n. 18. tutelam esse Iuris Naturae, ex hac videlicet ratione: neminem Iure Nat. habere facultatem & potestarem in aliis, nisi ex Iure imperii & ex societas domesticis; & distinguit tandem contra d. S. pen. Iur. de Alii. eur. aliud esse, an quid Iuri Nas. convenienter, aliud an-

ex Iure Naturae originem trahat eoque definitura sit, cum per naturam nihil aliud quam naturalis inibi aequitas indigetur.

S. 36. Verum ad primum quod attinet, nonne facultatis est, quando vinculum consanguinitatis vocat cognatos ad tutelam, ex necessitate morali, ipsis delatam? quando pater vi potestatis suae directorium domesticum aliis continuandum ad tempus relinquit? & quando Magistratus vi officii in subsidium orphanis prospicit?

S. 37. Et quae est ista distinctione? Sane quicquid a natura venit, naturae est conueniens & viceversa. Cur non etiam Iuri Nat. conueniens est, quicquid ex eo de promota ut tutela? Insuper aequitas non datur, nisi quae ex Iure Divino s. poterit si naturali originem trahat videtur supr.

S. 38. c. 1.

S. 38. Evidem non diffiteor, tutelae passim formam praescribi, diversaque determinatione: superaddi a Iure Civili: inde tamen non requiritur, tutelam non esse Iuris Naturae, cum ratione originis maneat Iuris Naturae. & ratione usus omnibus Gentibus constituisse, ita ut ab earum Imperantibus in salutem publicam diversimode temperari posset & sic quodantenus saltet Iuris Civilis fratre.

S. 39. Sic omnes omnia tutores hodie sunt confirmandi Ord. Polis. de 10. 1548. tit. 31. §. 2. & de 10. 1577. tit. 32. §. 2. manente tamen differentia tutelae ~~negligentiarum~~, legitimae (quorum & hodie referenda Fiduciaria arg. Nov. 18. c. 3.) & derivate.

S. 40. Tutor autem sit maiorenxis S. 2. Inf. Quid ram. tut. der. Add. Dni. Schweder. I. P. part. spec. fct. i.e. 15. a. 71 licet filius familias pr. Inf. cod. non autem foemina arg. L. 2. f. d. R. I. exceptis tamen Matre & Auiis, si uelint. Ausb. Matris & aviae Cod. Quand. mal. tut. off. fung. Nov. 118. c. 5. unde haec tutela communiter answola audit.

S. 41. Ius vero Lubecense eas (an Iuri Nat. congruum dubito) plane excludit, matri præterea iniungens, ut integrum spenses a tempore obitus mariti, sibi suisque liberis sub arbitrio.

arbitraria poena rutores eligat & a Senatu confirmari cures.  
L. 1. tit. 7. art. 12. ibique ~~tit. n. 6.~~

§. 42. Singulare est, qvod, si tutor testamentarius se excuset vel removeatur, non legitimus, sed datius in tutela succedat, L. 11. §. 1. & 2. ff. de r. fam. rur. ob præsumtam cognatorum exclusionem, quae non sine causa a Patre, &c. &c. videtur.

§. 43. De officio tutorum mulea hic dici possent, sed cum haec materia latius superque a Iuris Interpretibus deducatur, adeoque omnes hic coacervare calus inutile foret, sufficit notare, praeter educationem pupilli, a tute exigi eandem diligentiam, quam rebus suis impendit, & sic culpam levem, si negligens sit, praestare. vid. Carpz. L. 5. R. 70.

§. 44. Excipitur tamen calus in L. 7. 5. 2. ff. de admin. & per. rur. ubi tutor de lata tantum culpa tenetur, si forsan prædiuum non bona conditione comparauerit; quia in comparandis prædiis prudentes etiam Patres fam. ipe lucri falli possunt, prout ratiocinatur Brunnem. ad d. L. n. 13.

§. 45. Neqve heredes tutoris ex levi culpa tutoris tenentur, iuxta L. 1. Cod. de hered. rur. vel curat. Conf. Ill. Dm. Stryk. ad Lazarob. tit. de rur. & rur. diff. voc. Non decur. Cui tamen se opposuit Dn. Thomaf. in Differ. de Culpa ab hered. ent. præstante Hol. bab. 1701. sequens Cuiacium ad d. L. 1. Alium casum vid. in L. 2. Cod. arbit. rur. ubi etiam tutor de lata sanctum culpa tenetur. &c.

§. 46. Caeterum requirit Ius Civile, ut tutoris officium regulariter sit gratuitum L. 3. 8. ff. de Neg. ges. Colligitur ergo ex L. 33. §. 1. ff. d. admin. rur. salarium. ex iusta causa constitui posse, prout etiam consuli interdum videatur. Ius vero Lubencense ultimum plane respuit in L. 1. tit. 7. art. 14. ibi: keine Besoldung nehmen oder gewörtig seyn;

§. 47. Dum igitur tutor ut officii negotia gerit nomine infantis L. 1. §. 2. ff. de admin. rur. & autoritate sua approbat gesta infamia majoris L. 3. ff. de exec. rur. successu tandem temporis tutelam finiri aeras pupillorum juber.

§. 48. Quandoquidem vero natura hominum ita inter se di-

se discrepat, ut impossibile sit Legi iudicare de omnibus individualibus, adeoque non semper definiti possit, quando hic vel ille pubes factus rebusque suis expediendis iam habilior sit quam antea: hinc adem Ciaile, abrogata inspectione habitudinis scandalosa, aetatem in universum determinavit, scil. in masculis annum 14. & in foeminae 12, ceteram finem tutelae, & initium matrimonii contrahendi. pr. Inst. Quib. mod. eur. sive. Vid. respon. c. Puberes X. de defensione. impub.

s. 49. Heus! dices; Supra uoluisti, masculos, etiam quoad animum foeminas esse praestantiores. s. 6. & 7. cap. 2. ecce contrarium! Resp. distinguendo inter *iudicium* & *ingenium* stricte sic dictum. Quem latet, quoad corpus foeminas citius fieri puberes, citius etiam deflorescere? Sic concedo, Legislatorum hoc respexisse, quod mulieres citius habiles ad matrimonium fiant quam masculi, adeoque rebus suis quodammodo praecelest possint.

s. 50. *Ingenium* ergo, quod facultate ideas rerum inter se comparandi gaudet, paulo citius se quidem exseruit in plerisque foeminis; inde tamen non eruitur, hoc praestantiae uitrorum derogare, cum *iudicium*, velut summa & nobilissima pars intellectus, in masculis licet tardius attenuatius & plenius plerumque conspicitur. En differuntiam specificam!

s. 51. Finita sic tutela & redditis rationibus, quae quidem Iure Canonico & Constitutione Imperii quotannis requiruntur. Clem. 2. §. 1. dereligios. dom. Ord. Polit. t. 32. tit. 2. rationibus tamen non ubique observatur, quaeritur iam, nam pubes 14. annorum iam tum sibi ipsi naturaliter sufficiat, ut omni plane administratore, imo etiam directore carere possit?

s. 52. Iure quidem Rom. Inuiti minores recipere. Curatores non tenentur, ob rationem L. 2. s. f. Si quis a parente manum, nisi certis in cibis, quos uid. in Strab. l. 1. tit. 23. apb. 3. Ius vero hodiernum optime determinavit, ut indistincte Curatores recipiantur. Refut. Pol. de Anno 1577. s. 32. in tantum, ut tutor, si velit, in reliquum tempus, ut Curator, possit confirmari. org. S. iug. Inst. qd. excus. est, vid. L. 101. 9.

2. ff. de condit. & demonstr. mino & in testamento dari Rec. Ius.  
de do. 15. 48. 15. 15. 7. sic. 12. Scholae ad Ius. de Curat. Lit. C.

§. 53. Eiusmodi officium fere in omnibus convenient cura-  
tioris officio & sic negotia Minoris coasensu suo valida-  
redit. non sic Cod. si tue. si cura. inserit.

§. 54. Cum primis uero determinatur & ab eo exigitur  
cautio i. satisdatio, quae in multis Germaniae locis est heratoria,  
in aliis nude promissoria. Conf. Brunn. ad L. fin. §. 4. in fin. Cod. de ad-  
min. tue. Inventarium sine quo tutor vel curator suspectus ha-  
betur & intamis fit. L. fin. §. 1. Cod. arbitr. tue. & ipsa administratio  
quae vel uni plurimum committi vel inter plures diuidi potest  
& in acquirendo, conservando & expendendo consistit, de  
qvo vid. Serv. Iurispr. L. 1. sic. 21.

§. 55. Ne autem liberis hominibus (ut Caius loqui-  
tur in L. 2. ff. Si a parent. quis manum.) libera rerum suarum  
administratio admittatur, cum tempore expirabit etiam cura-  
tela. Quocirca determinatum est tempus 25. (in Saxonia 21)  
annorum, utriusque lexui commune pr. Inst. de Curat.

§. 56. Hisce annis finitis rationes denum sunt red-  
dendae, per quas nimirum eorum computatio ac iustificatio,  
nec non residui restitutio intelligitur. Vid. L. 82. ff. de condit.  
& demonstr. Conf. etiam Merv. ad Ius Lub. p. 2. sic. 3. ad rubr. x.  
33. ubi cautelam pro-tutore subministrat.

§. 57. Sed si ulla causa suadeat & Minor bonaे fru-  
ctus reperiatur, relaxatur illud tempus & uenia aetatis, con-  
ceditur L. 1. Cod. de his qui uen. act. nimirum foeminae 18.  
& masculo. 20. annorum L. 2. Cod. cod. vid. Serv. Iurispr.  
L. 1. sic. 22. apb. fin.

§. 58. Hanc concedendi potestatem praeter Princi-  
pes & Sacerdos nostri imperii immediatos a multis quoque  
clericis peti priuilegium aut praescriptionem immemoria-  
lem exerceris notas Merv. ad Ius Lub. p. 1. sic. 2. art. 7. n. 8. Cont.  
III. Dn. Stryk. ad Lasserk. sic. de Minor. voc. Conceditur &  
Linn. I. Publ. L. 2. c. 9. n. 150.

§. 59. Cogitas: ego! fortius hic oritur argumentum  
contra

Contra sententiam §. 7. & 8. *Supra cap. 2.* ab expressa lege peritum. *Reip.* video legem, sed non legis rationem. Hinc, quia leges annales sunt politivae & per consequens dispensabiles, non puto cum ill. *Ds. Stryk.* c. 1. & *Ds. Stryk.* ad pr. *Inst. de Curat.* Principes, veniam aetatis concessuros, ad eos annos esse aliquatos; siquidem & iam Leoni Imp. in Nov. sua 28. in fin. sua peruvacaneum videtur, aetatem expectare.

§. 60. Interim tamen tantum non operatur haec prerogativa 2. annorum, ut etiam beneficio restitutionis hominæ citius priventur, si vel maxime ex eodem lubrico iudicid erraverint & laesae fuerint, quam masculi, arg. L. 5. Cod. de temp. in integr. ref. Cont. Brunnem. ad L. 4. Cod. de bis qui ven. acc. imp. ut taceam, nullum haec ibi usum habere, ubi Ius Saxonieum & Lubecense uiget, vid. supra §. 19. c. 2.

§. 61. Imo nec in genere Ius Ciuale permittit, ut impetrata aetatis uenia potestatem alienandi immobilia conferat, cum & ipsi tutores vel curatores sine certis requisitis alienare non poterant, de quo videsis *Struv. Kurlspr.* L. 1. edit. 21. apb. II. seqq.

§. 62. Licet porro tutela vel curatela ratione autoritatis sit munus publicum pr. *Inst. de excus.* t. us. l. curat, & sic invitus ad id cogatur, L. 1. pr. ff. de admin. t. us. imo celsans periculum administrationis iustineat: L. 15. Cod. de excus. t. us. & cur. tantum tamen abest, ut omnes stringat indistincte, ut potius multi ab iis sint immunes, si vel te excusaverint, vel ipso iure excusentur.

§. 63. Magnus certe hic se aperit determinationum Ciuilium campus, dum pleraque excusationes ex iure Naturae delumptae determinationibus quasi investiuntur.

§. 64. Qvis enim negabit, rationi esse conueniens, ut alienis liberis non defatigerit, qui ipse liberos habet? pluribus tutelis non gravetur & quasi obruatur, qui iam earum, dem quibusdam occupatur? alienarum rerum curis non oneretur, qui se rectute laborat? tutela non distrahit, qui alias *Reip.* inseruit? turor non constituantur, qui vel physice vel moraliter inhabilis est? &c.

§. 65. In Statu tamen Ciuitati vix applicabile quid iis casibus inest, nisi vel certus numerus liberorum, tutelarum, annorum, vel qualitas officiorum, inhabitatis &c. determinetur aut approbetur; qvod, quo pacto de Iure Rom. moribusque hodiernis illud fiat, videri potest in Extell. Dn. Praesid. Sumpsi eis de excus. eis. De Senibus coaf. in specie Brunnem. ad L. 22. Cod. Quia ut. si excus. de Clericis M. Dn. Stryk. Differ. M. Cod. & Cen. fess. l. §. 28. una singularem. decisionem de pistoribus vid. in L. fin. ff. de excus. de cuius tandem praxi hodiernâ dubitat Idem Dn. Stryk. in Diff. de Iure famili. 6. s. n. 20.

§. 66. Interim dantur excusationes, quae etiam tutela vel curatela iam suscepta liberant, quales imprimis sunt, quae favorem vel pupilli (ne hostis magis quam tutor detur Nov. 72. c. 3. in fin.) vel Reip. concernunt. vid. L. 40. ff. de excus. §. 2. & 14. Inst. cod.

§. 67. An vero & ii immunes sint, qui a Civitate vel municipio ablegantur, vix ab iis indubium vocabitur, qui recognit, quemlibet Magistratum vacationem a tutela habere arg. L. 6. §. 16. ff. de excus.

§. 68. Excusare itaque se possumt omnes tam testamenterarii L. 15. §. 1. ff. cod. quam datius intra 50. dies continuos §. 16. Inst. & L. 6. Cod. cod. Cofsi hic terminus vix frequenteratur in nostris Iudiciis, weil ein jeder Ort seine eigene Gerichts-Greissen hat) imo & ipsa legitimai, vid. Dn. Hopp. Exam. ad 4. §. 16. Inst. de excus. pp. 34.

§. 69. Liberatio vero falsis allegationibus subrepta erit nulla & periculum tutelae nihilominus continuabitur. §. fin. Inst. cod. & L. 15 3. Cod. si est. fals. alleg. quod non iniquum.

§. 70. Quid tandem, si tutor vel curator in administratione suspectus fiat? Sic ratio dictitat, ut huic malo in tempore praecaveatur vel illud removeatur, adeoque pupilli vel minores securi reddantur.

§. 71. Si ergo tutor vel curator non ex fide aut nimis negligenter gerat, §. 5. Inst. de susp. cur. Add. L. 3. §. 15. ff. cod. L. 19. ff. de admis. cur. & L. 13. §. 1. Cod. arbitr. cur. vel remedium pendens

wendus est L. s. f. Cod. in quib. caus. ref. in integr. (non obstante interposita latitudine §. s. f. Inf. & L. s. & 6. ff. de f. tue.) ob dolura cuam infamia. §. 6. Inf. sed. vid. tamen L. 9. ff. iunct. §. 2. Inf. cod. vel curator ipsius adiungendus est, si levis tantum admittit suspicio. & L. 9. & L. 6. Cod. eod.

§. 72. Horum si quae neglecta fuerint, ipse Magistratus in subsidium conveniri potest. s. s. ff. & Cod. de Magistr. conven. ubi velut singulare notandum, quod Magistratus diligentiam suam probare teneatur. L. 2. §. 13. f. cod. cum alias, uti par est, praesumtio pro eo militet. Vid. ramen Mev. ad Ius Lab. p. 1. tit. 7. art. 2. n. 56.

§. 73. Qvod reliquum est, praeter Minores dantur & aliae personae, quibus ob defectum vel animi vel corporis propaciendum est; ut sunt furiosi, mente capti, muti & surdi natura ac qui perpetuo morbo laborant. §. 3. & 4. Inf. de Curat.

§. 74. His accedunt prodigi, quibus, quia Reip. expedit, ne quis re sua male utatur. §. fin. Inf. De his qui sui vel alien. Iur. prævia cognitione & subsecuta iudicis declaratione bonis, eo quod in iis erogandis modum excedant, interdictum est L. 10. pr. ff. de curat furiosi. De qua determinatione vid. Lauferbach. Iur. Comp. sit. de Curat. Lis. C. & D.

§. 75. Ne autem taediosus fiam, praetereo reliquos Curatores v. g. impuherum, qui dantur, quoties impedimentum tutoris latet est temporarium L. 15. & 16. ff. de cur. dat. bonorum, quibus, cum eorum manus est taliter privatum, salarium concedi solet vid. s. s. ff. de Curat. bon. dand. Mev. Pz. Dec. 120. Gai. 1. Obs. 130. n. 3. & mulierum, de quibus dictum supra §. 19. c. 2 Add. Serv. Iurispr. L. 1. sit. ult.

§. 76. De Iure quidem Rom. mariti Curatores uxorum suarum esse non poslunt, L. 2. Cod. Qui idem tut. Sed cum haec Constitutio tantummodo bona receptitia concernat, in paraphernalibus vero maritus sit legitimus administrator.

tor. *L. fid. C. de poss. convener.* in dotalibus plane dominus pr. *Inst. Quib. alien. lic.* quin & Procurator ad litem etiam sine mandato, modo caveat, esse possit *L. 21. Cod. de Procur. non video*, cur ab istis recepticiis excludendus sit.

§. 77. Qapropter etiam moribus nostris maritus, uxoris suae legitimus curator, *Ehelicher Bommund/ esse solet.* *Sande L. 2. tit. 4. naf. 3. Gudelin. de iure Noviss. L. 1. c. 7.*

## CAPUT V. DE STATU HERILI

§. 1.

**H**ervenio ad Statutum herilem. Quoquoversum oculos vertas, inaequalitatem deprehendes, quam differentia constituit. Ipse homo tot differentiis subest, ut viꝝ aliqua vultuum, temperamentorum, multo minus animorum & fortunae, quam Deus gubernat, æqualitas inueniatur; quid mirum, si dentur, qvibus servitur & qui seruiuant?

§. 2. Nam cum sint, quorum alii certae professioni vel artificio addicti se aliis inserviendo exercent; alii alium scopum pro diversitate propensionum ministrando intendunt; alii denique tenuioris & hebetioris ingenii se non commode circa servitudinem sustencare possunt: satis inde colligitur, aliis seruire naturæ humanae non adversari.

§. 3. Nec obstat, qvod dicatur, omnes homines natura esse æquales *L. 32. ff. de R. I. Resp.* enim, si accurate loqui volumus, *æquals* non praedicatur de *qualitate*, sed de *quantitate*. Et sic uix sumus inuicem *æquales*, neque physice ratione corporis & animae, ut antea dictum, neque *moraliter* ratione existimationis, qua quis maior vel minor dicitur, prout plures vel pauciores (ut ita loqvar) dignitatis, meritorum &c. ulnas conficiunt. vid. *Cbr. Weifii Log. p. 4. l. 3. c. 12. §. 12.*

§. 4.

§. 4. Similes vero dici possumus ratione qualitatis, ita ut v. g. quoad formam substantiam & genericam parvus magno sit similis, subditus Principi. Haec autem *similitudo* (quae in d. L. 32. intelligenda) non impedit, qvo minus quoad formam accidentalem & specificam homines inter se differant & dissimiles sint; Hinc non mirū, ut alter imperet, alter obediatur hic pauper sit, ille dives, hic formosus, ille non &c.

§. 5. Ex quibus patet, huncce Statum etiam diversorum esse graduum atque potissimum inniti societati inter Dominum & servum initae, vi cuius hic illi seruire tenetur.

§. 6. Quemadmodum autem finis huius societatis in eo consistit, ut res domesticae promoteantur, vicissim ministrantes sustententur: ita lumen imperii herilis ac obedientiae domesticorum aestimandi inde ueniunt.

§. 7. Non ergo omne, quod extra res dominicas vel operas locatas acquiritur, domini est, nisi velis, seruum intimae sortis, qui saltē sui conservandi causa sine omni mercede se mancipavit, non facile proprii quicquam possidere posse.

§. 8. Probata negligentia vel socordia seruorum, domino quide[m] competit ius corrigendi, quia & pro domesticorum conditione castigandi, minime autem *ius uitae & necis*, cum eius loco ministrans abdicari & servus expelli posset.

§. 9. Sed si seruus vel minister domesticus in extraneum deliquerit, vindicatio potius ad Iudicem Status Civilis, quam dominum pertinebit, nisi hic simul in Statu Naturali uiuat.

§. 10. Quid vero, si in ipsum Dominum (qui scilicet in Statu Naturali uiuit) aut eius familiam peccaverit? Putat Putendorf. de l. N. & G. l. 6. c. 3. §. 4. quem secuti sunt Dn. Thomas. in *Jurispr. Div.* l. 3. c. 5. §. 11. & Dn. Wernher in *Eleno Iur. N. & G. c. 17. §. 29. &c.* hoc a Domino non ui imperii, sed tanquam in hostem iure belli vindicari posse. Verum eiusmodi delinquens mihi potius videtur *rebellis* quam hostis extraneus, qui omniō pro *gravitate* delicti admitti erit puniendus.

§. 12. Hinc porro diiudicari potest, non requiri ad finem huius societatis, ut servus, etiam si in perpetuam seruitutem se addixerit, invitus alienetur & ceu bellia alii, in quem non consensit, uendatur.

§. 12. Quid nunc dicendum de iis, qui occasione belli sunt servi? Certe pax difficulter obtinetur, nisi media adhibeantur ad hunc finem tendentia. Dum ergo licitura est hostem laetere, imo occidere, qui me laetum vel occisum tenit, multo magis licitum erit captiuos servare, eosque, nisi inter belligerantes aliter conventum, in servitatem, etiam perpetuam, deducere.

§. 13. Originem vero servitutis e bello tantummodo derivare, vid §. 3. Inst. de Jure perf. & L. 239. §. 1. ff. de V. S. perinde est, ac si dixerim, non dari numinosi nisi argenteos.

§. 14. Interim ubi in eiusmodi seruos, quasi non essent homines, pro lubitu saevitur, vestimenta vel alimenta necessaria ipsis denegantur, impossibilia iniunguntur &c. certe sunt mores Gentium palam iniqui.

§. 15. An vero proles servorum bello captorum (de aliis enim non est dubium) ad dominum eiusque heredes pertinet, iis iudicandum relinquo, qui ex sanis principiis ingenuas conclusiones eruere callent. Conf. Dn. Budd. Pbil. Pr. p. 3. c. 5. sect. 6. §. 12.

§. 16. Praeterquam enim quod liberi in seruitutem non consenserint adeoque innocentes seruitio premantur, saepe publica salus potius inde laeditur quam promovetur. Namque ex hisce servis nasci etiam solent, partim quos vanaverat *ambitio*, partim quorum animis *avaritia* insidet.

§. 17. Hinc non miror historias, ubi terui iugi impatiens quandoque frena momorderunt, sibique cum damno Reip libertateni vindicare tentarint.

§. 18. Nota est in Republica Romana seditio servorum *Siculorum* sub duce Euho A. M. 381. ac paulo post *Napolitanorum* Duce Spartaco athleta. Et quis non audivit de seditione *rullorum*, quam vocabant *Bundschuh* in *Spilco-patu*

petu Spirensi Ao. Chr. 1562. orta, quam & alia periculissima infecuta est in dicitur Abtei Rempten / postea in tota fere Germaniam lese diffundens; sequenti seculo, nra. Ao. 1626. in Austria ? &c.

§. 19. Videamus iam, quid ius Civile Romanum circa servitutem determinet. Evidenter si vellem servitutem istam quae non minimam historiae Iuris partem absoluit, hic recensere, taediosa & quasi sordida moverem. Saltet ergo dicam de rigore Iuris Romani.

§. 20. Sine distinctione servi nihil quicquam sibi ipsi acquirere poterant, sed quod quacunque ratione eis obverderat, dominis cedebat. §. 3. Inst. Por quas pers. cuique acquiesci forsitan excipias servum, qui de demealo, genium suum defraudando, aliquid comparcere sequae noxae deditum, hac pecunia corpori subtracta, redimere potuit, arg. §. 3. Inst. de max. att. vid. Manz. ad d. §. 3. n. fin.

§. 21. Licet deinde agnoverint Romani, libertatem esse rem inactimabilem per expressam Leg. 106. ff. de R. J. servitus tamen erat velut hereditaria & in posteris perpetua, ita ut vendi potuerint servi ac pro lubitu mercatus cum iis exerceri.

§. 22. Quae consuetudo, prout itineraria passim edita referunt, etiam hodieum in Guinea aliisque Africæ locis maritimis occidentalibus obtinet, ubi Ethiope gregatim videntur & ab Hispanis in Americam ad servientium transvehuntur. Vid. tamen supra §. 48. c. 1.

§. 23. Antiquo iure Dominis etiam concessum erat ius vitae & necis; ex tempore autem Imperatoris Antonini Philosophi haec inumanitas in tantum sublata est, ut is, qui servum suum sine causa occideret, non minus puniretar quam qui alienum. Si ergo infra causa, i. e. talis, ob quam liber homo occidi potuit, aderat, seruus impunae occidebatur. L. 96. ff. de Verb. Obit. & L. 24. pr. ff. ad L. Jul. de adult. quae constitutio etiam Nobilibus Polonis arridere uidetur.

§. 24. Denique carebant servi effectu Iuris connubiorum, contractuum & testamentorum, dum pro nullis habebantur

bebantur L. 32. f. de R. I. adeoq; nulla in eos cadebat obligatio  
L. 22. cod. nulla cum iis actio L. 107. cod. quid mirum? quia  
servitus mortalitati comparabatur. L. fin. cod.

S. 25. Hunc rigorem Romani vario favore compen-  
sare atque temperare allaborarunt, dum voluerunt, ut par-  
tus extra iustas nuptias editus matrem sequatur. pr. Inß. de iu-  
gen. & L. 24. f. de Stat. bom. h. e. licet mater unicum momen-  
tum tempore siue conceptionis, siue gestationis uteri, siue par-  
tus libera fuisset, favore tamen libertatis partus liber habe-  
tur. Nonne enim beneficium est (scil.), si ex proaeresi te-  
prius vulnerauero, & te postea sanem?

S. 26. Inde dabantur manumissiones, quae in-  
favorem libertatis fieri poterant etiam ex falsa causa S.  
6. Inß. Qui & ex quib. caus. manum. tam  
inter uiuos s. v. g. in ecclesiis s. t. Cod. de bis qui in eccl. mar-  
num. vindicta L. ult. pr. Cod. de emanc. lib. &c. vid. Dn. Hopp.  
Exam. tit. de Libert. qu. 4. quam mortis causa per testame-  
num & codicilum §. 1. Inß. de libert. sublata simul differentia  
inter Ciues Romanos, Latinos & deditarios a. §. 1. & L. In  
Orbe 17. f. de stat. bom. salvo tantum Iure Patronatus,  
Nov. 78. c. 5. quo ferme decima pars Iur. Rom. repleta est,  
hodieque utiliter applicari solet.

S. 27. Deinceps erat Ius postliminii, vi cuius capti  
apud hostes, quando reuertebantur, nunquam capti finge-  
bantur, & Lex Cornelii, cuius uigore mortui apud ho-  
stes fingeabantur ante captivitatem deceperisse. vid. §. 5. Inß.  
Quib. mod. ius parr. pot. solv. & t. t. f. de Captiv. & postlimi-

S. 28. Sed mira res! Romani more contagionis olim  
erumpentes Ius Gentium quasi obtrudendo, vicinis Gentili-  
bus persuadebant, tam suos fieri seruos apud hostes, quam  
hostes apud Romanos. Quis non videt illusionem?

S. 29. Obseruemus itaque hodiernas determinacio-  
nes circa servos. Cum servi, favente Ulpiano in L. 32. f.  
de R. I. quoad Ius Naturae pro nullis habendi non sint, re-  
ste ( Dist. Dn. Thomas. in Iurispr. Dir. L. 3. c. 5. §. fin. &  
Fundam.

*Fundam. I. N. & G. ad d. l. §. 14.* ) servitus illa Romana inter Christianos sublata est, vid. ill. Dn. Stryk. ad Lauterb. tit. de Captiv. voc. Latronibus capri. & sic serui nostri plerumque sunt conductitii, qui eousque dominis acquirunt, quoisque operas suas locarunt. *Dn. Hopp. ad §. 24. Inst. de bis qui sed l. al. Iur.*

§. 30. Huc refero non solum seruos & seruas insimae conditionis famulantes & ancillantes, sed & qui extra Statum politicum uelut *domesticorum* inserviunt patribus fam. v.g. docendo, negotiando, observando, &c. Conf. *Dn. Harprecht.* *Disp. de Iuribus Domesticorum pos.* §. prout etiam inter iplos seruos Romanos olim erant conspicui. arg. §. 5. *Inst. Qui ex quib. caus. manum.*

§. 31. Hi possunt quidem nonnihil liberius a Dominis corrigi vel castigari, *de Rhetz. in Disp. de Miseric.* in temp. c. 4. n. 28. seqq. modo absit animus injuriandi, *McV. ad Ius Lutec.* l. 3. tit. 8. art. 10. n. 16. qui regulariter non praesumitur *L. 5. §. fin. ff. ad L. Aquil.* ab aliis autem, quoniam homines liberi sunt, iniuria affici ideoque agere *Dn. Hopp. ad §. 2. & 3. Inst. de iuriur.* nisi in contumeliam Domini iniuria facta, quo casu etiam Dominis actio datur. *Dn. Harprecht. ad §. 3. Inst. de Iuriur.* n. ult.

§. 32. Capti in bellis Christianorum vel permutari solent, vel dato iure, de qvo ab initio forsitan conventum, dimitti. *Dn. Hopp. ad §. 4. Inst. de Iur. person.* & sic fictionibus istis Romanis non amplius indigemus.

§. 33. Evidem remanserunt aliquales seruitutis reliquiae in Turcis captiuis, quos Iure talionis in servitute retinemus; nec non in propriis, uti vocant, hominibus, qui ratione glebae & servitorum inde praestandorum pro servis quidem habentur, in caeteris vero, quae extra glebam, possident, Iure liberorum hominum fruuntur. *Stamus. de servit. person.* l. 3. c. 17. add. t. t. X. *de Coniug. seru.*

§. 34. Interim possunt etiam manumitti vel potius dimitti tum expressa domini voluntate, tum tacita u. g. expulsione arg. L. 2. *Cod. de infant. expos.* pluribusque aliis modis. Conf. *Husser. de Elenin. propr. c. 8. McV. p. 2. dec. 234.*

modo manumittens inter uiuos sit maiorenis & mortis causa  
pubes, uterque sui iuris.

§. 35. Cum ergo, sublata seruitute, etiam ius patro-  
natus cesset, nec manumittens ullum ius in manumissorum  
bonis retinebit. *Dn. Sterck. ad pr. Inst. de success. libere. Sed*  
*propero ad caput ultimum.*

## CAP. VI. DE STATU CIVILI.

§. 1.

 Absolutis societatibus simplicibus, ubi in 3. capituli  
bus Statum Conjugalem, Paternum & Herilem  
pertractauimus, sequitur tandem societas compo-  
sita, quae sicut Statum Civilem.

§. 2. Circa hunc Statum multa forent no-  
tatu digna, si instituti nostri ratio id permitteret numerusq;  
disputationis non uiolaretur. Praetereo itaq; causas impulsuas,  
ex quibus societas ciuilis coierit vel in poterum coire posset.

§. 3. Dicant alii de *natura*, qua homo ad societatem  
ineundam rapiatur; alii de *indigentia*, quae homines passim  
in unum quasi coegerit; alii denique de *metu*, cuius impulsu  
se homines contra laesionem vicinorum unierint &c. Ego  
saltem obseruo & dicere soleo: Weil sich die Menschen nicht  
wollen bekehren lassen / so müssen sie sich regieren lassen.

§. 4. Narrat quidem *Ill. Dn. Leibnitz in prefac. Noviss. Sincorum*: tantam esse Sivensium obedientiam erga Su-  
periores, tantam erga Seniores reuerentiam, tamque reli-  
giosum propemodum liberorum in Parentes cultum, ut vio-  
lentum aliquid ne verbo quidem in eos parari fere inaudi-  
tum sit; inter pares, aut eos, qui minus sibi invicem obligati  
sunt, mirabilem obseruantiam & officiorum rationem obiri,  
quae nobis, scilicet parum asuetis, servitutis aliquid habe-  
re videatur; *ruficos* denique & servos ita saepius amanter

ac

ac ita reverenter inter se agere, ut omnia Magnatum Europaeorum provocent civilitatem.

§. 5. Vetus ab Horizonte nostro haec pene aliena sunt, an virtus educationis, iam non attinet inuestigare. Tanta enim proh dolor! plurimorum hominum est malitia, ut leges Christianismi, multo magis Ethicae susqua deque habeant.

§. 6. Cum ergo homines ut plurimum sibi relieti affectibus suis litent vitiisque inde resultantibus adeo indulgeant, ut quilibet proprium honorem & commodum quaerat, salutis vero publicae parum ac vel minime tollitus sit, regula inde exoritur manifesta: Ubi datur horum so- cietas, ibi directio ad eius conservationem per quam est necessaria.

§. 7. Provoco ad experientiam, quae, uti Pontifex in c. 6. de Elec. & elect. pos. in VI. loquitur, magistrorum efficax est. An monasterium esse potest, ubi non sit, qui reliquos gubernat? An Collegium, quod directore carere possit?

§. 8. Ponas etiam, nava gantes quosdam, inter se aqua- les, amissi Praefectos suos & forsan per tempestatem in terram possessionis uacuam esse redactos; profecto non diu siue imperante erunt vel esse poterunt, nisi le ipsos destrue- te velint.

§. 9. Ad hanc directionem, ne sit corpus sine anima, & campana sine pistillo, necessario requiritur Lex, vid. supra §. 31. cap. I. ac propter refractarios atque socordes coactio & executio. Quantum enim est ius in civitate est, nisi sint, qui lura regere possint? loquitur Pomponius in L. 2. §. 13. ff. de Or. Iur.

§. 10. Ergo datur imperium eiusque correlatum, obedientia, scilicet ordo imperantium & obedientium; ubi nunc quaeritur, penes quem imperium istud s. directio esse debeat? Respondebis procul dubio: penes prudenteres in civitate vel Republica degentes. Et recte via, Duxeron. c. II.

§. 11. Certum est, imperium quasi esse indivisible. vid. Pufendorff. de I. N. & G. I. 6. c. 2. §. 2. neque diuordi- nem

nem servari, nisi ad aliquod *primum* tendat iterumque ab eo dependeat, id quod non tantum in uno, sed etiam in *unione* h. c. in pluribus inter se unitis confistere potest. add. §. 17. c. 5. *spp.*

§. 12. Hinc offendimus tres regiminis formas, vulgo Monarchiam, Aristocratiam & Politiam s. Democratiam, quas *paras* voco, quoties uniformes sunt, & haec sursus vel simplices vel compositae. Quoties vero Respublica e diversis, scil. heterogeneis partibus h. c. ex aliquibus dictarum Rerum publicarum constat, non immerito *mixta* nominatur, ubi Maiestas, si quae adest, quoad potentias plerumque est determinata & limitata.

§. 13. Singulæ istæ formæ & commoda & incommoda sua habent, quæ velex copia vel inopia, etiam *vicissitudines* rerum, quæ sumnum Numen dirigit, experientur, & sic mox haec, mox illa laudibus efferti vel rejici solet.

§. 14. Interim fateor, Democratiam s. Politiam basin & radicem esse reliquarum, dum, quod ad *civitates* attinet, omnes fere in toto terrarum orbe eo modo reguntur, hisque reliquæ, scil. vel Monarchia vel Aristocracia, quasi superstructæ videntur.

§. 15. Dicit quidem Hobbes *part. 2. de corps politiques* c. 2. § 2. *Democratie en effet n'est rien autre chose qu'une Aristocratie d'Haranguers, quelquesfois aussi une Monarchie d'un seul Orateur*; quod potius de corrupta vel Anarchia dicendum; nunquam vero credo, *Democratiam posse esse absolutam aut nemini subiectam*; & licet inveniatur, diu tamen non subsistet, sed uel mox alterabitur uel subigetur.

§. 16. Sit ipsa Roma nobis exemplum, & si sacras litteras consulimus, ab instaurato post diluvium orbe complutum quidem regnorum ac Regum fit mentio, vix autem ac ne uix quidem Status alicuius popularis, qui absolutus fuerit. Non enim diu manebit Libertas sine licentia, qualem Pontif. Hadrianus VI. in hoc suo symbolo voluit, sed erit potius *servitus publica h. c. libertas damnosissima*.

§. 17. Hinc

**S. 17.** Hinc quæstio nascitur, an ad universum populum possit appellari, & an per consequens in Democratis sit summa potestas penes populum?

**S. 18.** Cives Athenienses urgebant aliquando omnem modum incolarum æqualitatem ratione agrorum, ita ut non minus haberet civis plebeius, quam honorarius. Optimatum quidam Novi autem alios cives, qui nuper publice (exceptis prudentioribus) defenderunt, coetum Civicum ratione potestare ipso Magistratu esse maiorem, adeoque contra eius sententiam, cœu Malestaticam, nullatenus posse disputari.

**S. 19.** Ast, ut eo melius pestifera Daemagogorum opinio refutetur, distinguo inter causas, quae totam Kempublicam concernunt singulosque stringunt, & inter causas iustitiae, quae certa tantum membra tangunt, harumque decisione & definitione Respublica redditur pacata.

**S. 20.** Priori casu non impugno regulam Democraticam. Quod omnes tangit, ab omnibus est approbandum. V.g. in publicis operibus & quæ ad pacem & communem defensionem pertinent &c. Num vero & hoc casu consultum sit, præmissec omnes cujusque sortis cives, vel potius concilium quoddam e moratioribus selectum ad deliberandum. I. consentendum admittere, facile judicabunt sancti Po. litici.

**S. 21.** Posteriori casu nil nisi damna confusio e diversis præiudiciis & affectibus oriretur atque Respublica internis conuulsionibus quotidie exponeretur, si causæ iustitiae, sive sint ciuiiles sine criminales, ad universum populum deuoluerentur,

**S. 22.** Nam quo pauciores (proportionabiliter tamen) sunt, quibus demandatur potestas decidendi & judicandi lites puniendique crimina, eo melius res ad unionem potest redigi ac ordo, qui est anima Reipublicæ, saluari. Jam quis est, cui haecce potestas demandata? Nonne est Magistratus, qui ex ipsis ciuibus oriundus est?

**S. 23.** Quocirca differentiam democraticam specificam non quaeras in eo, quod quilibet Paterfamilia regat vel dirigat,

(monstrosa enim in hoc rerum statu est directio, unde ut Ver-  
nacula utar, gemahnet mirs eben damit / wie mit den Bauren/  
die / wenn sie zur Stadt kommen / sich dffters mit fahren un-  
tereinander so confund ren/dass niemand weder vor noch hin-  
terwerts kommen kan ) sed quod quilibet civis, directionis  
capax, ad gubernationem Reip. peruenire atque prouehi  
possit. Quod secus in Aristocracia, ubi regimen certis tan-  
tum familiis competit.

S. 24. Est ergo *summa populi potestas* reuera nihil  
aliud, quam *ens rationis*, eiusdemque farinae est *appellatio  
ad populum*, utpote quae non de lute sed faltem de facto in-  
tenditur. vid. L. 2. §. 16. ff. de Or. Iur. Nam eius loco datur ple-  
rumque Superior, cuius decisioni restandem committit pos-  
sunt, siue sint inter priuatos, siue etiam inter ipsum *Magistratum*  
& uniuersum *Populum*.

S. 25. Liquet exinde, nec populum, licet creauerit,  
remouere posse ex aliqua causa *Magistratum* propria autorita-  
te, perinde ut in Praxi circa Paltores vel Diaconos ecclesiarum  
videmus; Carpz Conf. L. 1. tit. 3. def. 41. Siquidem electio trans-  
quille per uota procedere, remotio autem factiones & mo-  
tus excitare solet. Qvanto minus ergo, si non populo, sed  
( quod etiam consultus iis qui populum repreäsentant, elec-  
tio competit & adeoque huc non quadrat illud a Vugo non  
distinctum, dass dic/ welche einsezen/ auch wieder absehen können.

S. 26. Caeterum animus non est, multa iam loqui de  
Aristocracia & Monarchia, quaenam earum melior sit uel  
praestantior. Certum est, etiam plerasque Aristocracias Mo-  
narchias subesse, sicut uicissim Democratias alterutri. In Ori-  
ente pene incognita est forma regiminis Aristocratici. Hinc  
cum aliquando Bataui negotium tuerit cum Imperatore Sineno  
si ratione urbis Bataiae in India, non nomine Reipubli. ac  
sed Principis Arauionensis, tanquam Provinciarum Regis s.  
Dyn itae egerunt, prout refert *Auctor* der turken doch gründ-  
lichen Einleitung zum Iure Nat. & Genetum c. +. §. 47. In  
Egypto erigebatur Sec. 33. Aristocracia, non autem 18. annos  
egrediebatur.

§. 27. Ius.

§. 27. Interim non reprobatur Aristocratis, ubi indoles ac consuetudo regionis eam determinavit: praferenda tamen videtur ( si in genere dicendum, quod res est ) Monarchia, cum non solum uetusissima & usitatissima sit, sed etiam naturae conuenientior & commodior. Conf. Dn. Schmid. Polit. p. 3. §. not. b.

§. 28. Quaeris fortasse, cuin am rāndeira Respublica nostra Romano Germanica sit adscribenda? Ctorum nemini potest esse ignotum, in Iure nostro Rom. quaedam vestigia antiquissimi & primitae Status Regii superest in L. 2. §. 1. & 14. ff. de Or. Iur. it. L. 2. ff. de mort. infer. qui deinceps mox in Democratiam, mox Aristocratiām abiit, prout testantur Lex XII. Tabb. SCs, Plebisita & Magistratum Et. dicta vid. L. 2. ff. de Or. Iur. donec rāndem Status Monarchicus redierit. quem Principum placita s. confiunctiones luculentter demonstrant d. L. 2. §. 11. cuius Status naturam Ius Romanum subinde quidem afluxit, sed sicut ille ( quantum immane! ) diminutus est & mutatus, ita & hoc hodiernum pro diuersitate regionum, prouinciarum & locorum varie determinatur, mutatur, corrigitur.

§. 29. Quae ergo est hodierna Germaniae facies? Monarchiam eam vocant Reinking, Kipping (ac nouissime Perill. Dn. de Lyncker); Aristocratiam Hyppolitus a Lapide & Bodinus; iuso ( quod ridiculum ) Democratiam Gallicus quidam scriptor & Remp. irregularem Pufendorfius cum ( nisi idem sit ) Seuerino de Monzambano; mixtam vero Carpzouius, Boeclerus & Limnaeus, vidi Dn. Wedding. Philos. Jurid. tab. Polit. 7.

§. 30. Ultimis ego, iuxta definitionem meam in §. 12. hui cap. album adiicio calculum. Principatus enim, maxime quibus Ius de non appellando est annexum, reuera Monarchice reguntur; Norimberga aliaeque Aristocratico & pleraque Civitates liberae Democratisse

Nonne hae partes heterogeneae absoluunt Totum omnino mixtum h. e. Remp. mixtam?

§. 31. Probant quoque hanc sententiam Reservata à parte Imperatoris Electi & Communicata a parte Statuum Imperii, uorum & scissionem in Comitiis babenciam quorum quedam propria sunt solis Electoribus, tanquam præcipuis Imperii columnis vid. A.B. cap. 3. §. 1. & cap. 12. §. 1. add. Capit. Leop. art. 15. (quorum hodie, expuncto scil. Electoratu Bavaricō, octo sunt:) quaedam omnibus Statibus, uelut Partibus principali bus und Mit Intereslenten an dem Statu & forma regiminis Auctor Det. Grundfeste p. 1. c. 1. uti in Iure Publ. copiose docetur, Imo faciunt huc verba Legatorum in Comitiis, quando literas emittunt: Unsere Gnädigste & und Gnädige Herrn Principalen/ auch Obere und Committenten etc.

§. 32. Insuper determinata & a Maximiliano I. divisa est haec nostra Relp. mixta in 10. circulos, vid. Dr. Schröder. I. P. part. gen. c. 5. §. 1. quorum adhuc hodiè quilibet (excepto Bur- gundico ab Imperio adhuc avulso) officialibus suis gaudet; quales sunt v. g. Directores, Crenys ausschreibende Fürsten/ Cont. Infr. Pac. art. 10. §. 4. quorum duos in nostro Circulo Saxonico inferiori habemus alternantes, nempe Ducem Magdeburgicum & Ducem Bremensem, (qui jam est director agens) uniuersum Condirigente, Sereniss. nimirum Duce Brunsvico-Luneburgensi hodiè zu Wölffen-Büttel. deinde Duces, Crenys. Ober- sten/ quos cujusque Circuli Status per majora eligunt. vid. Dr. Schröder. d. I. §. 11. seqq. quali in hoc circulo post obitum Sereniss. Duci sūr Bell/ glorioissimae memoriae, adhuc caremus. &c.

§. 33. Libet hac occasione tritam movere Doctorum quæstionem: An Princeps legibus solutus sit? Responderi solet: Solitus quidem est Legibus Civilibus tam quoad pœnam quam obligationem L. 31. ff. de LL. & §. ult. Inf. Quib. mox. testam. iuram. non vero Divinis positivis & naturalibus, nisi quoad pœna.

§. 34. His ego subscribere non denego, modo simul concedant, Leges Civiles, quæcav. ex Iure Naturae de- promptæ.

promptae sunt eique convenient, itringere etiam Principem, cum nemo mortalium ab iis sit exemptus. Conf. L. Di-  
gna nos 4. Cod. de LL. Determinationes autem Iuris Civilis,  
quorum & poenae pertinent, non ipsum Legislatorem, a quo  
proficiuntur, sed subditos, quibus obedientia incumbit, ob-  
ligant; nisi Princeps ultro se subjiciat, ut videmus in L. Ex-  
Imperficio 23. ff. de Leg. 3.

§. 35. Sed ad rem. Qui clauum Reip. tenent eiusdemque  
partes administrant, in Statu Politico uiuere dicuntur, utut Su-  
periores in Statu Naturali, vid. Pufend. Specim. Controvers. c. 3. S. 3.  
mediati uero i. subordinati Magistratus cum subditis in Statu  
civili degant.

§. 36. Isti uero subditi vel ciues sunt uel peregrini.  
**Civis** nomine primario ueniunt omnes Reip. Patrestamilias,  
qui aut ipsi in Societatem civilem coierunt, aut in illorum lo-  
cum succederunt, vid. Dn. Budd. Philos. Pr. p. 2. cap. 4. sect. 13.  
§. 37. Peregrini, qui uel ad tempus saltem commorantur,  
vel ad minimum Iure seu privilegio ciuitatis non fruuntur.  
Vid. tamen Excell. Dn. Praefidis Synops. tit. ad Municip. n. 9. § 10.

§. 37. Nullum est dubium, quin quaelibet Respubli-  
ca aut potius ejus Imperantes non solum certas Ciuiuin suo-  
rum classes, sed etiam peculiares eorum praerogativas consti-  
tuere possint, quibus peregrini aut ii, qui cives non sunt  
carere debent.

§. 38. Demosthenes contra Leptinem probat, non  
facile Rempubl consistere, ubi non sit praemium virtuti pro-  
positum & poena sceleri. Salustius Orac. 2. ad Jul. Caes. de  
rep. ordin. virtutem vocat per te amaram, quae est sine glo-  
ria; ac eleganter loquitur Tacitus Ann. 2. c. 38. n. 4. Ubi  
nullus ex se metus ac spes, languecit industria, intenditur so-  
cordia. Hinc videmus in omni Gente, ut ut Barbarum vo-  
cemus, (vid. supra §. 5, cap. 3.) distinctionem nobilium &  
ignobilium.

§. 39. Ea Nobilitas alium atque alium u' um & uti-  
litatem tribuit pro diversitate Reipublicae. In Monarchia fa-  
cit ad splendorem ipsius Principis & in Aristocratis - quasi  
G 3 animam

<sup>2</sup> nimam Reip. absolvit. Quid autem in Democratia? Putant multi, hanc ibi non obtinere, cum omnia aequalia velint. At meliorem non invenio responcionem, quam uetus proverbium: Wenn alles gleich gelten sollte / so müßte der Knecht bei der Frau siegen.

§. 40. Qui enim cives dignitate, ordine & loco ita exaequare uolunt, ut nihil primum in civitate, nihil medium & nihil postremum, sed omnes sine ullo sexus aetatis & conditionis differimine confundunt, perinde faciunt, ut si, qui hordeum, frumentum, oryzam, milium, legumina in unum accumulant, indeque nullum ultum habent, ni separantur. Bodin. de Rep. l. 3. c. 8. in pr. Si ergo non adsum nobiles formator tales, adeste tamen solent virtutis litterae tales, scilicet prudentiores, moratiiores & qui de Republ. bene merentur, quibus utique honos habendus.

§. 41. Colligimus ex dictis, nobilitatem istam diversorum esse graduum, nobilesque idem esse in Republica, quod flores in pratis.

§. 42. De Turcis aiunt, eorum nobilitatem esse quasi personalem & non ad heredes transitoriam; hinc maximum eorum esse laudem, quando dicere posunt: Parentes mei us fuit agricola vel operarius vel pecoris pastor, ego virtute, labore & industria hunc mihi dignitatis gradum acquisivi. Petr. Bellona in L. 2. O. P. c. 96.

§. 43. In nostris vero terris praeter dignitatem euestrem nobilitas est quasi hereditaria (nec immerito) pro quo diversitate locorum determinata, licet verum maneat illud Claudiani;

Virtute decet non sanguine nitu.

§. 44. Sic in Germania dantur Nobiles ( quibus quoad priuilegia Doctores & Licentiari aequiparantur. Carp. P. 3. concil. 37. def. 1. n. 4. seqq. ) eminentiorisque gradus Barones & Comites ab ipso Imperatore euecti, quos rum praerogatiwas & priuilegia describere non est opus disputationis nostrae, sed integri tractatis. Vid. Diff. de Nobilitate sub Dr. Gudovo anno 1677. Erfordiae habita cap. 9.

S. 47:

§. 45. In multis etiam civitatibus conspicuntur Patricii, quorum originem adscribunt Henrico V., qui scil. novam gubernandi praecipuas Germaniae civitates formam, per Consules & Senatores, cum ex Nobilibus, tum ex aliis integræ hdei viris depromptos induxisse fertur. *Otto Frising.* I. 2. c. 13. *Lebman. Cbron. Spir.* I. 4. c. 11.

§. 46. Deinde sicut nulla Res publica sine religione, ita nec sine Clericis. Suntne vero hi sub Imperio Ciuii? Gentilium sacerdotes nunquam fere dubitarunt potestati seculari subiecti. De Aegyptiis affirmat *Herodotus* I. 2. c. 2. de Graecis *London de Ecclis Graec.* de Romanis *Livius* I. 3. hisor. c. 20. de Francis *Tacitus de moribus Germ.* & de aliis Gentibus *Iul. Caes.* I. 6. de *Bell. Gall.*

§. 47. In Theocracia ipsi quidem DEO placuit, verum sui cultum ordinare, destinando simul huic muneri subeundo peculiare stemma Israelis: Sacerdotes autem Mosi, ceu Imperanti visibili, subjectos tuuisse constat ex *Num* 12. Imo idem obtinuisse circa summos Pontifices, pater ex historia Saulis I. *Sam.* 22. v. 14. seqq. Davidis I. *Cbron.* 24. v. 2. Salomonis I. *Reg.* 2. v. 26. seqq. Hilkiae 2. *Cbron.* 19. &c. *Conf.* *Iosepb. Antiqu.* 2. 15. c. 3. §. 12.

§. 48. Introducto per Dei gratiam Christianismo, quem fugit, ipsius Apolitolum summum docuisse, ut omnis anima (si. e dubio etiam Clerici) potestati seculari sit subiecta? *Rom.* 13. 1. Add. *Luc.* 9 v. 4. & 55. *Iob.* 18. v. 16. & 1. *Petr.* 5. v. 2. & 3. *Conf.* *Pufend. de bâbis. Relig. Cbris.* §. 16. & 17:

§. 49. Confirmat illud etiam Ius Romanum. *arg.* §. ult. *Inst.* de I. & I. & L. I. §. 2. ff. eod. quibus accedunt intrinsecus fere Leges de ipsa religione ejusque doctrina & cultu, de ecclesis, Episcopis, Clericis, Haereticis &c. ab Imperatoribus latae, quae in 13. prioribus tit. *Lib.* I. *Coa.* & *Novellis quam plurimis* continentur.

§. 50. Imo ex ipso Iure Canonico, alias Juris Romani simia, idem demonstrari posset, brevitatis auctoritate ablego B. L. ad c. *Valentinianus* 3. *dist.* 03. *can.* Si quis q. s. caus. 11. qu. 1. c. 9. 16. 17. 24. 25. q. 0. d.

30. d. diff. 63. &c. Cont. etiam *Lebm. Cbrm.* 2. c. 41. ubi de temporibus diu ante & diu post Carolum M. loquitur. Add. *Lemnclau. de Leg. antiqu.* & *ll. Dn. Coccet. Diff. de fundata in corporeo potestate.*

§. 51. Nihilominus uah! quantane saeuit postea. Hierarchia § donec tandem suspensa hac Iurisdictione Papali per solenne Instr. Pac. Art. 5. §. 48. apud Protestantes denudo evictum est atq; determinatum: *Principem esse summum Episcopum*, qui, ut & reliqui Status immediati, per speciale Iudicium, quod vocant, *Consistoriorum*, disponere hodie solent, quantum de iure Diuino licitum est. Cont. *ll. Dn. Stryk. elegans. Diff. de iure papali. Princeps. Evangel. t. 1. & 2.*

§. 52. In Democratis plebe retentis evenit interdum quod Reinking in *Regim. sec. & Eccl. l. 3. class. 2. c. 2. n. 9.* habet: Melius plebs Vatibus quam suis Ducibus pareat, B. uero Lutherus opime eos taxat *Tam. 3. Wittenb. in Psalm. 82. pag. 130.* cum dicit: *Das sind gischtige und gefährliche Pre-diger/ die einen Theil allein für sich nehmen/ schelten die Herrn/ auß das sie den Höheln rübeln.* add. *Grot. de Imp. summa potest. circa sacra e. 4. pag. 78. seqq.*

§. 53. Quemadmodum itaque iuxta Boxhornium L. 1. Polis. c. 7. Religio est nexus atque uinculum rerum publicarum, ita vere dici potest: *Wohldem Lande/ wo Moses und Aaron Brüder sind/ h. e. ubi Politici & Clerici ad idem tendunt & Rempublicam pacatam Deoque gratam reddunt.*

§. 54. Tandem cum neque *executio* in subditos re-fractarios aut delinquentes, neque *defensio* contra exteriores injurios perfici nequeat sine executoribus & defensoribus, quis uis facile intelligit, Rempublicam militibus carere non posse; quorsum etiam spectat *Ius sequelae*, de quo uid Excell. Dn. Praef. *Synops. tit. de remilit. n. 6.* & add. *Friesb. ac iure sequeler.*

§. 55. Militibus favet Ius Rom. mirum in modum, ita ut metuam, ne (uti Iustinianus de caducis ol. usitatis loquuntur in *L. un. pr. Cod. de ceduc. coll.*) multa belli calamitate introducta

## DE STATU CIVILI

xx

tructa sint, quæ pacis lenitate sibi forent, prout apud parebit in materia testamentorum &c.

§. 56. Interim tamen non immorito largiuntur ipsis certa priuilegia, quae determinantur in Titulis ff. *Cod. de re militari*, *Castris pecunio*, *Veteranis &c.* & sic singulare possident beneficium, qvod uocant Competentiae L. 6. & 18. ff. de re *Indic.* De Ignorantia Iuris supra dictum est §. 47. scqq. et sp. i. torturae non subiiciuntur L. 8. *Cod. de quaest.* Veterani immunes sunt ab omnibus oneribus personalibus L. 2. §. 1. ff. de *Veteran.* Iung. L. 3. cod. &c. quamuis in gregariis militibus haec priuilegia parum hodie sint conspicua. uid. *Merc.* p. 3. dec. 72.

§. 57. Hisce perlustratis peruenimus iam ad eos, qui nec nobiles, nec clericis, nec milites sunt. Licet igitur omnes imperium & potestas Principi & in Principem translata sit. §. 6. *Inst. de I. N. G. & C. & L. i. ff. de Conf. Prince.* habetur tamen ratio Statutorum & Legum Provincialium Civitatibus & regionibus competentium, imo Iurium ac consuetudinum locorum.

§. 58. Quid non erat *Civis Romanus* praecivibus inferiorum urbium? Hi vocabantur saltem *Municipes*, quasi munierum participes. L. 1. §. 1. ff. ad *Munic.* Deinde quod Romae erant *Senatores*, id in *Municipiis* erant *Decuriones*; & qvod ibi *Consules*, id hic *Duumviri. Lawort. ad sit. ff. de Decur.*

§. 59. Incolae ergo communionem quidem habebant commerciorum, connubiorum & ad ciuilia munera compellebantur L. 29. ff. ad *Municip.* horum tamen nemo, pariter ac peregrinorum & sociorum in Curiam recipiebatur, (test. Liuius L. 23.) quicquid etiam Drusus Ao. M. 3859. propterea tentaverit.

§. 60. Spectat huc ulterius totus fere liber L. *Dig.* & liber X. *Cod.* ubi v. g. de uotis Collegiorum & Conciliorum disponitur, ut qvod major pars Curiae efficit, pro eo habeatur, ac si omnes egerint. L. 19. ff. ad *munic.* & L. 16. §. 1. ff. de *R. Le*

H

Adda

Add. L. 7. §. sxt. & L. 8. ff. de pacr. & 6. X. de Eicell. & cetera. p. 2.  
In Syndico Universitatis eligendo duas ad minimum partes  
praesidentes esse oportet L. 3. Quidcivis universitatis &c. perinde  
fere ut Hamburgi, ubi ad ualiditatem conclusionis, vota diuidi a  
Collegarum partem exsuperantia requiruntur.

§. 61. Sic qvod ad hodiernas determinationes attinet,  
etiam Civitates Germaniae Municipales Statuta condunt,  
quae, si concernant saltem administrationem bonorum Civitatis,  
Superioris consentia rarissime indigent. vid. t. s. ff. de ad-  
min. rer. ad civit. pert. in quo ualent Collegiorum Statuta de re-  
bus suae artis, L. fin. ff. de Collag. modo non sapiant monopoli-  
um. L. un. Cod. ac monop.

Si 62. Quo ergo pacto ius Iuri derogare potest, cum  
nuglo dicatur: Willkür bricht Stadt-Recht / Stadt-Recht  
bricht Land-Recht und Land-Recht bricht Kaiser-Recht? Respa-  
satis liquet ex hac Disputatione, Iuri Naturae nihil posse de-  
rogari, cum (uti supra §. 17. c. 1. dictum) illud sit immutabile.  
Interim tamen derogari potest determinationibus Iuris Ci-  
uilis non tantum per posteriores Leges ipsius Superioris deter-  
minantes, utpote qui mutata necessitate publica, uoluntatem  
quoque suam mutat; vid. §. 24. d. c. 1. sed etiam per deter-  
minationes Inferiorum tam ferendas quam latas, quas scilicet  
Superior vel permittit vel confirmat.

§. 63. Qvapropter Statuta, si Principis superioritati  
vel Iuri Communi recepto derogant, confirmari solent. vid.  
L. 3. §. 5. ff. de sepulch. uiol. & L. 5. Cod. de defens. Civis. maxime  
Collegiorum. Carpz. P. 2. C. 6. def. 9. nisi ius illud derogandi  
vel per priuilegium vel per praescriptionem immemorialem  
Civitatibus competit. Merv. ad Ius Lub. L. 1. Qu. Praelimi. 2. n. 44.  
¶qg. In meris autem permissiuis facit provisio hominis cestas  
re provisionem legis arg. Nov. 22. c. 2.

§. 64. Deinde nec hodie ubivis eadem est Ciuium  
conditio. Viget enim multiis in locis distinctio des grossen und  
kleinen Bürger-Rechts/ ut Hamburgi, Mundae &c. itea-  
lus

**Ius indigenatus**, ni cuius peregrini s. exteri ad officium publicum i. administrationem Regiminis ( nisi post certos annos impetratae civitatis) adspirare non possunt, uti testatur *Antimach. I. Theoret.* 3. p. 257. seqq. de Argentorato, Augusta, Magdeburgio, Francoturio, Hambugo aliisque Germaniae ciuitatibus.

S. 65. Tolerantur quidem multis in locis etiam Iudei; ita scilicet, ut secundum leges Christianorum uiuere teneantur, vid. L. 7. Cod. de Ind. & Coec. eorum tamen receptio ad Regalia hodie reteritur, per Rec. Imp. de A. 1548. *Tu. Don den Juden/ adeo que nec Ciuitatibus Imperii deneganda Myler. do Stat. Imp. p. 2.* c. 60. §. 2.

S. 66. Denique dantur Emporia, quae nemini, nisi vero Civi Ius commerciorum concedunt, prout etiam notari. *Dn. Stryk. ad Lanterb. sit. ad Municip. voc. Commerciorum.* insunt, quibus l. ex privilegio vel ex praescriptione Ius stipulae, das Stipet. oder Staffel-Recht competit, ui cuius merces ad alias urbes devehendas in foro sistere ac retrahere licet. *Conf. Dn. Schweder. Ius P. part. spec. sit. I. §. 9. seqq.*

S. 67. Huius Iuris concessio sine dubio a summa potestate Ciuii dependet. Hinc, quia stipulae nimis frequenter olim fuerunt erectae, quibus commercia impediabantur, determinatum est demum illud arbitrium per Capit. Leopold. art. 20. & Ioseph. art. 19. ita ut non nisi unamini Electorunz consentu noua erigi possit.

S. 68 Coronius loco notari meretur, libertatem Ciuium Germanorum hodiernam secum ferre, ut Iuri suo renunciare atque aliorum emigrare possint, modo fiat bona fide & non animo Principi vel Patriae nocendi. *Cont. de Rhetz. Iur. Publ. L. 2. c. 24. §. 6. in fin. & Sest. Exc. 50. et 54.*

S. 69. Determinavit vero constitudo fere generalis, ut emigrans Gabeillam Nachsteuer solunt. *Vid. Pacifi Relig. S. Wo aber unser & Instrum. Pac. Westphal. art. 5. §. 37. add. Hamburg. Stadt. Recess. art 57.*

§. 7o. Haec sunt, B. L. quae de determinationibus iuris Civilis circa personas dicenda erant. Fateor, pleraque in folle & quasi per transennam esse tradita, ac multo plura adhuc superesse dicenda: Sed cum sapienti sat multaque paucis complecti lategerim, non sine causa subsisto, acceptum interim reterens hoc opusculum peractum ENTI  
PERFECTISSIMO, cui sit gloria  
sempiterna.

## CORRIGENDA

Pag. 7. §. 31. lin. 1. & 2. ab repeti. ibid. §. 35. lin. 1. *Iuri*. Pag. 13. §.  
14. lin. 3. deleatur: *indicialiter ac* Pag. 15. §. 24. lin. 2. L. 3. Pag.  
16. §. 32. lin. 1. *undecimi*. ibid. §. 35. lin. 2. L. 56. Pag. 21. §. 14. lin.  
4. deleatur: *Vide etiam & substituatur: inno iustus. Diff.* ibid.  
lin. pen. *Nou*. 18. c. 5. ibid. lin. ult. deleatur: 18. c. 5. Pag. 25. §.  
39. lin. 3. & 4. dileatur: *in linea recta*. ibid. §. 41. lin. ult. *de co-*  
*gnat. spirit.* Pag. 26. §. 47. lin. ult. *def.* 211. Pag. 29. §. 1. lin. 5.  
in ipso Pag. 30. §. 22. lin. 8. deleatur: §. L. 7. §. 9. ff. Pag. 31.  
§. 27. lin. ult. §. 1. §. *segg. In*ib. *mod. luv. par. por.* Pag. 32.  
§. 31. lin. 1. §. 14. Pag. 34. §. 46. lin. 2. L. 38. Pag. 42. §. 15. lin.  
ult. P. 2. Pag. 43. §. 23. adiudicatur Fini: *sive illa distinctione.* Pag.  
44. §. 26. lin. pen. c. 2. ibid. §. 29. lin. 2. *fata nec* Pag. 48. §.  
35. lin. 3. *de Harangueurs. it. auff.* Pag. 55. §. 49. lin. 1. §. 1. *Caetera*  
*supplebit benigna discretio.*

